Ego autem in te speraui domine: dixi deus meus
es tu: in manibꝫ tuis sortes mee.
Eripe me de manu inimicorum meorum:
ꝛ a persequentibus me.
Illustra faciem tuam super seruum tuum:
saluum fac in misericordia tua domine. non
confundar qm̄ inuocaui te.
Erubescant impii ꝛ deducantur in infer
num: muta fiant labia dolosa.
Que loquuntur aduersus iustum iniqui
tatem: in superbia ꝛ in abusione.
Quam magna multitudo dulcedinis tue do
mine: quam abscondisti timentibꝫ te.
Perfecisti eis qui sperant in te: in conspectu fi
liorum hominum.
Abscondes eos in abscondito faciei tue: a
conturbatione hominum.

Proteges eos in tabernaculo tuo: a contradic
tione linguarum.
Benedictus dominus quoniam mirificauit misericordiam
suam michi in ciuitate munita.
Ego autem dixi in excessu mentis mee: proiec
tus sum a facie oculorum tuorum
Ideo exaudisti uocem orationis mee: dum cla
marem ad te.
Diligite dominum omnes sancti eius: quoniam
ueritatem requiret dominus et retribuet
habundanter facientibus superbiam.
Uiriliter agite et confortetur cor uestrum om
nes qui speratis in domino.

c dauid loquitur
n persona penitentis
s qui peccata que
ecerat grauiter
fflictus cogitat
nfiteri.



Beati quorum remisse sunt iniqui
tates: et quorum tecta sunt peccata.
Beatus uir cui non imputauit do
minus peccatum: nec est in spiritu eius dolus.
Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea dum
clamarem tota die.
Quoniam die ac nocte grauata est super me manus

tua:· conuersus sum in erumpna mea·
dum configitur spina
Delictum meum cognitum tibi feci:· et iniu
sticiam tuam non abscondi.
Dixi confitebor aduersum me iniusticiã meã
domino:· et tu remisisti impietatẽ pccĩ mei.
Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tem
pore oportuno.
Uerumptamen in diluuio aquarum mul
tarum:· ad eum non approximabunt.
Tu es refugium meum a tribulacione q̃
circumdedit me:· exultatio mea erue me
a circumdantibus me.
Intellectum tibi dabo et instruam te in uia
hac qua gradieris firmabo sup te oculos
meos
Nolite fieri sicut equus et mulus:· quibus
non est intellectus.
In chamo et freno maxillas eorum constrĩ
ge:· qui nõ approximant ad te.

hic propheta inuitat iustos ad laudem dei.

Multa flagella peccatoris: sperantem autem in domino misericordia circumdabit.

Letamini in domino et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde.



Exultate iusti in domino: rectos decet laudatio.



Confitemini domino in cythara: in psalterio decem cordarum psallite illi.

Cantate domino canticum nouum: bene psallite ei in uociferatione.

Quia rectum est uerbum domini: et omnia opera eius in fide.

Diligit misericordiam et iudicium: misericordia domini plena est terra.

Verbo domini celi firmati sunt: et spiritu oris eius omnis uirtus eorum.

Congregans sicut in utre aquas maris: ponens in thesauris abyssos.

Timeat dominum omnis terra: ab eo

autem commoueantur omnes inhabi
tantes orbem.
Quoniam ipse dixit et facta sunt: ipse mandauit
et creata sunt.
Dominus dissipat consilia gentium: re
probat autem cogitationes populorum
et reprobat consilia principum.
Consilium autem domini in eternum ma
net: cogitationes cordis eius in generatio
nem et generationem.
Beata gens cuius est dominus deus eius:
populus quem elegit in hereditatem sibi
De celo respexit dominus: uidit omnes fili
os hominum
De preparato habitaculo suo: respexit su
per omnes qui habitant terram.
Qui finxit singillatim corda eorum: qui
intelligit omnia opera eorum
Non saluatur rex per multam uirtutem:
et gygas non saluabitur in multitudi

ne uirtutis sue.

Fallax equus ad salutem: in habundan
cia autem uirtutis sue nō saluabitur.

Ecce oculi domini super metuentes eum:
et in eis qui sp̄ant sup̄ mis̄dia eius.

Ut eruat a morte animas eorum: et alat e
os in fame.

Anima nostra sustinet dominum: quo
niam adiutor et protector noster est.

Quia in eo letabitur cor nostrum: et in
nomine sancto eius sperauimus.

Fiat mis̄dia tua domine super nos: que
admodum sperauimus in te.

~~e dauid tympa~~
~~zando fingere~~
~~furiosum et~~
~~mutauit uul~~
~~um suum corā~~
~~Abimelech.~~ Vel
x mutauit ue
s sacrificium
n nouum.

Benedicam dominum in om
ni tempore: semper laus eius
in ore meo.

In domino laudabitur anima mea: au
diant mansueti et letentur.

Magnificate dominum mecum: et exal
temus nomen eius in idipsum.

Exquisiui dominum et exaudiuit me: et
ex omnibus tribulationibus meis eripuit me
Accedite ad eum et illuminamini: et facies
uestre non confundentur.
Iste pauper clamauit et dominus exaudi
uit eum: et ex omnibus tribulationibus
eius saluauit eum.
Inmittet angelus domini in circuitu
timentium eum: et eripiet eos.
Gustate et uidete quoniam suauis est dominus: beatus
uir qui sperat in eo.
Timete dominum omnes sancti eius: quoniam non est
inopia timentibus eum.
Diuites eguerunt et esurierunt: inquirentes
autem dominum non minuentur omni bono.
Uenite filii audite me: timorem domini
docebo uos.
Quis est homo qui uult uitam: diligit
dies uidere bonos.
Prohibe linguam tuam a malo: et labia

tua ne loquantur dolum.

Diuerte a malo ⁊ fac bonum: inquire
pacem ⁊ persequere eam

Oculi domini super iustos: ⁊ aures eius in
preces eorum

Vultus autem domini super faciẽtes ma
la: ut ꝑdat de terra memoriam eorum.

Clamauerunt iusti ⁊ dominus exaudi
uit eos: ⁊ ex omnibus tribulacõnibus e
orum liberauit eos.

Iuxta est dominus hiis qui tribulato
sunt corde: ⁊ humiles spũ saluabit

Multe tribulationes iustorum: ⁊ de omni
bus hiis liberabit eos dominus

Custodit dominus omnia ossa eorum:
unum ex hiis non conteretur.

Mors peccatorum pessima: ⁊ qui oderũt
iustum delinquent

Redimet dñs animas seruoꝝ suoꝝ ⁊ nõ de
linquent omnes qui sꝑant in eo.

hic xpc conqueritur patri de iudeis qui eum crucifixerunt.

Iudica domine nocentes me: expugna
impugnantes me.
Apprehende arma et scutum: et exurge in
adiutorium michi.
Effunde frameam et conclude adversus eos
qui persequuntur me: dic anime mee
salus tua ego sum.
Confundantur et revereantur qui querunt
animam meam.
Avertantur retrorsum et confundantur:
cogitantes michi mala.
Fiant tanquam pulvis ante faciem ven-
ti: et angelus domini coartans eos.
Fiat via illorum tenebre et lubricum: et an-
gelus domini persequens eos.
Quoniam gratis absconderunt michi interitum
laquei sui: supervacue exprobraverunt
animam meam.
Veniat illi laqueus quem ignorat: et captio
quem abscondit apprehendat eum: et in la-

queum cadat in ipsum.
Anima autem mea exultabit in dno:
& delectabitur sup salutari suo
Omnia ossa mea dicent: domine qs
similis tui.
Eripiens inopem de manu fortiorum ei:
egenum & pauperem a diripientibus eum.
Surgentes testes iniqui: que ignorabam
interrogabant me.
Retribuebant michi mala pro bonis:
sterilitatem anime mee.
Ego autem cum michi molesti essent:
induebar cilicio.
Humiliabam in ieiunio animam meam: et
oratio mea in sinu meo convertetur.
Quasi proximum quasi fratrem no
strum sic complacebam: quasi lugens
& contristatus sic humiliabar.
Et adversum me letati sunt & convenerunt:
congregata sunt super me flagella

7 ignoraui.
Dissipati sunt nec compuncti temptaue
runt me subsannauerunt me subsā
natione: frenduerūt sup me dentib; suis
Domine quando respicies: restitue ani
mam meam a malignitate eorum:
a leonib; unicam meam.
Confitebor tibi in ecclesia magnā: in po
pulo graui laudabo te.
Non supergaudeant michi qui aduer
santur michi inique: qui oderūt me
gratis, 7 annuunt oculis.
Qm̄ michi quidem pacifice loquebantur:
7 in iracundia terre loquentes dolos co
gitabant.
Et dilatauerunt sup me os suum; dixe
runt euge euge uiderunt oculi nostri.
Uidisti domine ne sileas: domine ne dis
cedas a me.
Exurge dn̄e, 7 intende iudicio meo deus

ms: ꝛ dominus ms in causam meam
Iudica me sc̄dm iusticiam meam dn̄e
ds ms: ꝛ n̄ supergaudeant michi.
Non dicant in cordibus suis euge euge a
nime nr̄e: nec dicant deuorauimus eū.
Erubescant ꝛ reuereantur simul: qui gra
tulantur malis meis.
Induantur confusione ꝛ reuerentia:
qui maligna loquuntur sup me.
Exultent ꝛ letentur qui uolunt iusti
ciam meam: ꝛ dicant semꝑ magnifi
cetur dn̄s qui uolunt pacē serui eius.
Et lingua mea meditabitur iusticiam
tuam: tota die laudem tuam.

Dixit iniustus ut delinquat
in semetipso: non est timor dei
ante oculos eius.
Quoniam dolose egit in conspectu eius: ut in
ueniatur iniquitas eius ad odium.
Verba oris eius iniquitas ꝛ dolus: noluit i

hic dauid loquens contra malos dicit oīa bona
eē a deo mala autem a nobis.

tellig*ere* ut bene ageret.
Iniquitatem meditatus est in cubili suo:
astitit omni uie non bone: maliciam
autem non odiuit.
Domine in celo misericordia tua: et ueritas
tua usq; ad nubes.
Iusticia tua sicut montes dei: iudicia tu
a abyssus multa.
Homines et iumenta saluabis domine:
quemadmodum multiplicasti misericordi
am tuam deus.
Filii autem hominum: in tegmine a
larum tuarum sperabunt.
Inebriabuntur ab ubertate domus tue:
et torrente uoluptatis tue potabis eos.
Quoniam apud te est fons uite: et in lumine tuo
uidebimus lumen.
Pretende misericordiam tuam scientibus te:
et iusticiam tuam hiis qui recto sunt corde.
Non ueniat michi pes superbie: et manus

hic dauid dehor-
tatur paupes
in psona eccie
ne imitent
florem maloz.

peccatoris non moueat me.
Ibi ceciderunt qui opantur iniquitatē:
expulsi sunt nec potuerunt stare.
Noli emulari in malignantib;:
neq; zelaueris facientes iniq-
tatem.
Qm̄ tanquam fenum uelociter arescēt: et
quemadmodū olera herbarū cito decident.
Spera in dño ⁊ fac bonitatem: ⁊ inhabita
terram ⁊ pasceris in diuiciis eius.
Delectare in domino: ⁊ dabit tibi petitio-
nes cordis tui.
Reuela domino uiam tuam ⁊ spera in eo:
⁊ ipse faciet.
Et educet quasi lumen iusticiam tuam:
⁊ iudicium tuum tanquam meridiē:
subditus esto domino: ⁊ ora eum.
Noli emulari in eo qui prosperatur in
uia sua: in homine faciente iniusticias
Desine ab ira ⁊ derelinque furorem: no

Noli emulari in malignentiſ
Qm̄ qui malignantur exterminabunt͛:
ſuſtinentes autem dominum ipſi here
ditabunt terram.
Et adhuc puſillum ⁊ nō erit peccator: ⁊
quereſ locum eiuſ ⁊ nō inuenieſ
Manſueti autem hereditabunt terram: ⁊ de
lectabuntur in multitudine paciſ.
Obſeruabit peccator iuſtum: ⁊ ſtridebit ſu
per eum dentibꝫ ſuiſ.
Dominuſ autem irridebit eum: qm̄ pro
ſpicit qđ ueniat dieſ eiuſ.
Gladium euaginauerunt peccatores: in
tenderunt arcum ſuum
Ut decipiant pauperem ⁊ inopem: ut tru
cident rectoſ corde.
Gladiuſ eoꝝ intret in corda ipſoꝝ: ⁊ arcuſ
eorum confringatur.
Meliuſ eſt modicum iuſto: ſuper diuiciaſ
peccōrum multaſ.

Qm̄ brachia pcc̄orum conterentur: confir
mat autem iuſtos dominus.
Novit dominus dies immaculatorum:
⁊ hereditas eorum in eternum erit.
Non confundentur in tempore malo: ⁊ in
diebꝫ famis ſaturabuntur. quia pec
catores peribunt.
Inimici vero domini mox honorificati
fuerint ⁊ exaltati: deficientes quemad
modum fumus deficient.
Mutuabitur pccōr ⁊ nō ſolvet: iuſtus autē
miſeretur: ⁊ tribuet.
Quia benedicentes ei hereditabunt terram:
maledicentes autē ei diſperibunt.
Apud dominum greſſus hominis dirige
tur: ⁊ viam eius volet.
Cum ceciderit nō collidetur: quia dominus
ſupponit manum ſuam.
Iunior fui ⁊ enim ſenui: ⁊ nō vidi iuſtum
derelictū: nec ſemen eius querens panem.

Tota die miseretur: et commodat: et semen illi
us in benedictione erit.
Declina a malo et fac bonum: et inhabita in
seculum seculi. Diuisio
Quia dominus amat iudicium: et non dereli
quet sanctos suos in eternum conseruabuntur.
Iniusti punientur: et semen impiorum peribit.
Iusti autem hereditabunt terram: et inha
bitabunt in seculum seculi super eam.
Os iusti meditabitur sapientiam: et lingua
eius loquetur iudicium.
Lex dei eius in corde ipsius: et non supplanta
buntur gressus eius.
Considerat peccator iustum: et querit mortifi
care eum.
Dominus autem non derelinquet eum in ma
nibus eius: nec dampnabit eum cum iudicabitur illi.
Expecta dominum et custodi uiam eius: et ex
altabit te ut hereditate capias terram cum
perierint peccatores uidebis.

hic dauid ī ꝑsona peni
tentis orat
ad dominū.

Vidi impium sup exaltatum: ꝛ eleua
tum sicut cedros lybani.
Et transiui ꝛ ecce non erat: quesiui eū.
ꝛ n̄o est inuentus locus eius.
Custodi innocentiam ꝛ uide equitatem:
qm̄ sunt reliquie hoīni pacifico.
Iniusti autem disperibunt: simul reliq̄e
impiorum interibunt.
Salus autem iustorum a domino: ꝛ ꝑtec
tor eorum in tempore tribulationis.
Et adiuuabit eos dominus ꝛ liberabit eos:
ꝛ eruet eos a peccatoribꝫ: ꝛ saluabit eos
quia sperauerunt in eo.



Domine ne in furore tuo arguas
me: neqꝫ in ira tua corripias me.
Qm̄ sagitte tue infixe sunt m̄:
ꝛ confirmasti sup me manum tuam.
Non est sanitas in carne mea a facie ire tue:
n̄o est pax ossibꝫ meis a facie pc̄torꝫ meoꝝ.
Qm̄ iniquitates mee supgresse sunt ca

put meum: ⁊ sicut onus graue grauate
sunt ~~sunt~~ super me.
Putruerunt ⁊ corrupte sunt cicatrices mee:
a facie insipientie mee.
Miser factus sum ⁊ curuatus sum usq; in fi
nem: tota die contristatus ingrediebar.
Qm̄ lumbi mei impleti sunt illusionibus:
⁊ non est sanitas in carne mea.
Afflictus sum ⁊ humiliatus sum nimis:
rugiebam a gemitu cordis mei.
Domine ante te omne desiderium meum:
⁊ gemitus meus a te nō est absconditus.
Cor meum conturbatum est, dereliquit me
uirtus mea: ⁊ lumen oculorum meorum
⁊ ipsum nō est mecum.
Amici mei ⁊ ꝓximi mei: aduersum me appi
quauerunt ⁊ steterunt.
Et qui iuxta me erant de longe steterunt:
⁊ uim faciebant qui querebant aīam
meam.

Et qui inquirebant mala michi locuti
ſunt uanitates: ꝛ dolos tota die meditabāt[ur]
Ego autem tanquam ſurdus nō audiebā:
ꝛ ſicut mutus nō aperiens os ſuū.
Et factus ſum ſicut homo nō audiēs: ꝛ nō
habens in ore ſuo redargutiones
Qm̄ in te domine ſperaui: tu exaudies me
domine deus meus.
Quia dixi nequando ſuper gaudeant mi
chi inimici mei: ꝛ dum commouentur
pedes mei ſuper me magna locuti ſūt
Qm̄ ego in flagella paratus ſum: ꝛ dolor
meus in conſpectu meo ſemper.
Qm̄ iniquitatem meam annunciabo: ꝛ co
gitabo pro peccato meo.
Inimici autem mei uiuunt: ꝛ confirma
ti ſunt ſunt ſuper me: ꝛ multiplicati ſūt
qui oderunt me inique.
Qui retribuunt mala ꝓ bonis detrahebāt
michi: qm̄ ſequebar bonitatem.

Ne derelinquaſ me domine deus meus: ne
diſceſſeris a me.
Intende in adiutorium meum: domine deus
ſalutis mee.

hic dicit dauid
ſe cuſtodire li-
guam ſuam.



Dixi cuſtodiam
uias meas: ut
non delinquam
in lingua mea.
Poſui ori meo
cuſtodiam: dum
conſiſteret pecca
tor aduerſum me.
Obmutui et humiliatus ſum et ſilui a bonis:
et dolor meus renouatus eſt.
Concaluit cor meum intra me: et in medita
tione mea exardeſcet ignis.
Locutus ſum in lingua mea: notum fac
michi domine finem meum.
Et numerum dierum meorum quis eſt: ut
ſciam quid deſit michi.

Ecce mensurabiles posuisti dies meos: et
substantia mea tanquam nichilum ante te.
Verumptamen universa vanitas: omnis ho
mo vivens.
Verumptamen in ymagine pertransit homo: sed
et frustra conturbatur.
Thesaurizat: et ignorat cui congregabit ea.
Et nunc que est expectatio mea: nonne domi
nus: et substancia mea apud te est.
Ab omnibus iniquitatibus meis erue me:
obprobrium insipienti dedisti me.
Obmutui et non aperui os meum: quoniam tu feci
sti amove a me plagas tuas.
A fortitudine manus tue ego defeci: in in
crepationibus propter iniquitatem corri
puisti hominem.
Et tabescere fecisti sicut araneam animam eius:
verumptamen vane conturbatur omnis homo.
Exaudi orationem meam domine: et deprecati
onem meam auribus percipe lacrimas meas.

Ne sileas q̄m aduena ego sum apd̄ te: ꝛ pereg
rinus sicut omnes patres mei.
Remitte michi ut refrigerer: priusq̄m abe
am: ꝛ amplius nō ero.



Expectans expectaui dominum:
et intendit michi.
Et exaudiuit preces meas: ꝛ e
duxit me de lacu miserie ꝛ de luto fecis.
Et statuit supra petram pedes meos: ꝛ di
rexit gressus meos
Et immisit in os meum canticum nouū:
carmen deo nostro.
Uidebunt multi ꝛ timebunt: ꝛ sperabūt
in domino.
Beatus uir cuius est nomen domini spes ei⁹:
ꝛ nō respexit ī uanitates ꝛ insanias falsas.
Multa fecisti tu domine deus meus mirabi
lia tua: ꝛ cogitationibꝫ tuis non est q̄s
similis sit tibi.
Annuntiaui ꝛ loquutus sum: multipli

hic erigitur eccl̄ia
synagoga depri
q2 hic agitur de
tatione ueteris
in nouum.

cati sunt super numerum.

Sacrificium ⁊ oblationem noluisti: aures autem perfecisti michi.

Holocaustū ⁊ pro pcō nō postulasti: tunc dixi ecce uenio.

In capite libri scriptum est de me: ut facerē uoluntatem tuam; deus meus uolui ⁊ legē tuam in medio cordis mei.

Annunciaui iusticiā tuā in ecclesia magna: ecce labia mea nō phibebo dn̄e tu scisti.

Iusticiam tuam non abscondi in corde meo: ueritatem tuam ⁊ salutare tuum dixi.

Non abscondi misc̄diam tuam ⁊ ueritatē tuam: a concilio multo.

Tu autem domine ne longe facias miserationes tuas a me: misc̄dia tua ⁊ ueritas tua semper susceperunt me.

Qm̄ circumdederunt me mala quorum nō ē numerus: comprehenderunt me iniqitates mee: ⁊ nō potui ut uiderem.

Multiplicati sunt super capillos capitis mei:
et cor meum dereliquit me.
Complaceat tibi domine ut eruas me: domine
ad adiuvandum me respice.
Confundantur et revereantur simul: qui que
runt animam meam ut auferant eam.

Avertantur retrorsum et revereantur: qui volunt michi mala.

Ferant confestim confusionem suam: qui
dicunt michi euge euge.
Exultent et letentur super te omnes querentes te:
et dicant semper magnificetur dominus qui
diligunt salutare tuum.
Ego autem mendicus sum et pauper: dominus
sollicitus est mei.
Adiutor meus et protector meus tu es deus meus
ne tardaveris.
Beatus qui intelligit super egenum
et pauperem: in die mala liberabit
eum dominus.
Dominus conservet eum et vivificet eum. et
beatum faciet eum in terra: et non tradat eum

hic david docet divites intendendum esse
super egenum et pauperem.

in animam inimicorum eius.
Dominus opem ferat illi super lectum doloris
eius. uniuersum stratum eius uersasti in
infirmitate eius.
Ego dixi domine miserere mei: sana animam
meam quia peccaui tibi.
Inimici mei dixerunt mala michi quando mo
rietur: et peribit nomen eius.
Et si ingrediebatur ut uideret uana loquebatur
cor eius congregauit iniquitatem sibi.
Egrediebatur foras: et loquebatur in idipsum.
Aduersum me susurrabant omnes inimici
mei: aduersum me cogitabant mala michi.
Uerbum iniquum constituerunt aduersum me:
numquid qui dormit non adiciet ut resurgat.
Et enim homo pacis mee in quo speraui. qui
edebat panes meos: magnificauit super
me supplantationem.
Tu autem domine miserere mei: et resuscita
me: et retribuam eis.

In hoc cognoui quoniam uoluisti me: quoniam non gau
debit inimicus meus super me.
Me autem propter innocentiam suscepisti:
et confirmasti me in conspectu tuo in eternum.
Benedictus dominus deus israel: a seculo et in
seculum fiat fiat.



Quemadmodum desiderat ceruus
ad fontes aquarum: ita desiderat
anima mea ad te deus.
Sitiuit anima mea ad deum fontem uiuum:
quando ueniam et apparebo ante faciem dei.
Fuerunt michi lacrime mee panes die ac nocte:
dum dicitur michi cotidie ubi est deus tuus.
Hec recordatus sum et effudi in me
~~hec recordatus sum et effudi in me~~ animam me
am quoniam transibo in locum tabernaculi ad
mirabilis usque ad domum dei.
In uoce exultationis et confessionis sonus
epulantis.
Quare tristis es anima mea: et quare conturbas me.

hic dauid
primit d
rium su
deo p os
onem ce

Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi: saluta
re vultus mei et deus meus.

Ad meipsum anima mea conturbata est: p
pterea memor ero tui de terra iordanis. et her
monijm a monte modico.

Abyssus abyssum invocat: in voce catharacta
rum tuarum.

Omnia excelsa tua et fluctus tui super me transierunt.

In die mandavit dominus misericordiam suam:
et nocte canticum eius.

Apud me oratio deo vite mee: dicam deo su
sceptor meus es.

Quare oblitus es mei: et quare contristatus in
cedo dum affligit me inimicus.

Dum confringuntur ossa mea: exprobraverunt
mihi qui tribulant me inimici mei.

Dum dicunt michi per singulos dies ubi est
deus tuus.

Quare tristis es anima mea et quare conturbas me.

Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi: salu

tare uultus mei: 7 d's m's.
Iudica me deus: 7 discerne causam meam de
gente non sancta: ab homine iniquo 7 do
loso erue me.

hic petit dominum ut a malis homini bz separetur.

Quia tu es deus fortitudo mea: quare me repu
listi: 7 quare tristis incedo dum affligit me
inimicus.
Emitte lucem tuam 7 ueritatem tuam: ipsa
me deduxerunt: 7 adduxerunt in montem
sanctum tuum: 7 in tabernacula tua.
Et introibo ad altare dei: ad deum qui letifi
cat iuuentutem meam.
Confitebor tibi in cythara d's d's m's: quare tris
tis es anima mea: 7 quare conturbas me.
Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi: salu
tare uultus mei 7 deus m's.
Deus auribz nostris audiuimus:
patres nostri nunciauerunt nobis.
Opus quod operatus es in diebus
eorum: 7 in diebz antiquis.
hic monet propheta fideles ad contemptum ter
renorum 7 ad appetitum celestium.

Manus tua gentes disperdidit: 7 plantasti e
os: afflixisti ꝑplos 7 expulisti eos.
Nec enim in gladio suo possederunt terrã:
7 brachium eorum non saluauit eos.
Sed dextera tua 7 brachium tuum: 7 illumi
natio uultus tui: qm̃ complacuisti in eis.
Tu es ipse rex m̃s: 7 ds meus: qui mandas sa
lutes iacob.
In te inimicos nr̃os uentilabimus cornu:
7 in nomine tuo spernemus insurgẽtes in
nobis.
Non enim in arcu meo sperabo: 7 gladi⁹
meus non saluabit me.
Saluasti enim nos de affligentibus nos: 7 odi
entes nos confudisti.
In deo laudabimur tota die: 7 in nomine
tuo confitebimur ~~tibi~~ in sclm.
Nunc autem repulisti 7 confudisti nos: 7 nõ
egredieris ~~deus~~ in uirtutibus nostris.
Auertisti nos retrorsum post inimicos nr̃os.

⁊ qui oderunt nos diripiebant ſibi.
Dedisti nos tanquam oues escarum: ⁊ in gē
tibus dispersisti nos.
Vendidisti pp̄lm tuum sine precio: ⁊ n̄ fu
it multitudo in commutationibus eorum.
Posuisti nos obprobrium uicinis n̄ris: sb
sannationem ⁊ derisum hiis qui in circu
tu nostro sunt.
Posuisti nos in similitudinem gentibus:
commotionem capitis in populis.
Tota die uerecundia mea contra me est:
⁊ confusio faciei mee cooperuit me.
A uoce exprobrantis ⁊ obloquentis: a uo
ce inimici ⁊ persequentis.
Hec omnia uenerunt super nos: nec oblti
sumus te: ⁊ inique n̄ egimus in testamento tuo.
Et n̄ recessit retro cor nostrum: et declina
sti semitas n̄ras a uia tua.
Qm̄ humiliasti nos in loco afflictionis:
⁊ cooperuit nos umbra mortis.

Si obliti sumus nomen dei nostri: et si expandimus
manus nostras ad deum alienum.
Nonne deus requiret ista: ipse enim novit
abscondita cordis.
Quoniam propter te mortificamur tota die: esti
mati sumus sicut oves occisionis.
Exurge quare obdormis domine: exurge et ne
repellas in finem.
Quare faciem tuam avertis, oblivisceris in
opie nostre et tribulationis nostre.
Quoniam humiliata est in pulvere anima nostra: con
glutinatus est in terra venter noster.
Exurge domine adiuva nos: et libera nos
propter nomen tuum.



Eructavit cor meum verbum bo
num: dico ego opera mea regi.
Lingua mea calamus scribe:
velociter scribentis.
Speciosus forma pre filiis hominum, diffu
sa est gracia in labiis tuis: propterea be

hic dauid desiderans ad nuptias sponsi et
sponse intromitti cantat hoc epythalami
um. Eructavit.

nedixit te deus in eternum.
Accinge gladio tuo: super femur tuum potentissime
Specie tua et pulchritudine tua: intende pro
spere procede et regna.
Propter veritatem et mansuetudinem et iusti
ciam: et deducet te mirabiliter dextera tua.
Sagitte tue acute: populi sub te cadent in cor
da inimicorum regis.
Sedes tua deus in seculum seculi: virga directionis
virga regni tui.
Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem:
propterea unxit te deus deus tuus oleo leti
cie pre consortibus tuis.
Myrra et gutta et cassia a vestimentis tuis a
domibus eburneis: ex quibus delectaverunt
te filie regum in honore tuo.
Astitit regina a dextris tuis in vestitu de
aurato: circumdata varietate.
Audi filia et vide et inclina aurem tuam: et obli
viscere populum tuum et domum patris tui.

Et concupiscet rex decorem tuum: quia ipse
est dominus deus tuus. & adorabunt eum.
Et filie tyri in muneribȝ: vultum tuum
deprecabuntur omnes divites plebis.
Omnis glia eius filie regis ab intus: in fim
briis aureis circumamicta varietatibȝ.
Adducentur regi virgines post eam: proxi
me eius afferentur tibi.
Afferentur in leticia & exultatione: addu
centur in templum regis.
Pro patribȝ tuis nati sunt tibi filii: constitu
es eos principes super omnem terram.
Memores erunt nominis tui domine: in om
ni generatione & generatione.
Propterea populi confitebuntur tibi in e
ternum: & in seculum seculi.



Deus noster refugium & virtus: ad
iutor in tribulationibus que in
venerunt nos nimis.
Propterea nō timebimus dum turbabitur

Hic pph̄a dicit ēē dnm̄ refugium suum n̄ ydola.

terra: et transferentur montes in cor maris.
Sonuerunt: et turbate sunt aque eorum: contur
bati sunt montes in fortitudine eius.
Fluminis impetus letificat ciuitatem dei: san
ctificauit tabernaculum suum altissimus.
Deus in medio eius non commouebitur: adiu
uabit eam deus mane diluculo.
Conturbate sunt gentes: et inclinata sunt reg
na: dedit uocem suam mota est terra.
Dominus uirtutum nobiscum: susceptor
noster deus iacob.
Uenite et uidete opera domini que posuit pro
digia super terram:
Auferens bella usque ad finem terre: arcum con
teret et confringet arma: et scuta comburet igni.
Uacate et uidete quoniam ego sum deus: exaltabor in
gentibus: et exaltabor in terra.
Dominus uirtutum nobiscum: susce
ptor noster deus iacob.



Omnes gentes plaudite manibus:

Hic christus in uoce apostolorum monet gentes ad laudem dei.

iubilate deo in uoce exultationis
Quoniam dominus excelsus terribilis: rex ma
gnus super omnem terram.
Subiecit populos nobis: et gentes sub pedibus nostris.
Elegit nobis hereditatem suam: speciem ia
cob quem dilexit.
Ascendit deus in iubilo: et dominus in uoce tube.
Psallite deo nostro psallite: psallite re
gi nostro psallite.
Quoniam rex omnis terre deus: psallite sapienter.
Regnauit deus super gentes: deus sedet super
sedem sanctam suam.
Principes populorum congregati sunt cum
deo abraam: quoniam dii fortes terre
uehementer eleuati sunt.



agnus dominus et laudabilis
nimis: in ciuitate dei nostri in
monte sancto eius.
Fundatur exultatione uniuerse terre:
mons syon latera aquilonis ciuitas

hic propheta commendans ciuitatem ierlm. s. id est
ecclesiam a dignitate conditoris.

regis magni.

Ds i domibz ei cognosceť cu suscipiet eam.

Qm ecce reges terre congregati sunt: cō
uenerunt in unum.

Ipsi uidentes sic admirati sunt conturbati sť
commoti sunt tremor apphendit eos.

Ibi dolores ut parturientis: in spu uehemē
ti conteres naues tharsis.

Sicut audiuimus sic uidimus in ciuita
te domini uirtutū. in ciuitate dei nr̄i: ds
fundauit eam in eternum.

Suscepimus deus miscdiam tuam: in
medio templi tui.

Scdm nomen tuum ds sic et laus tua ī fines
terre: iusticia plena est dextera tua.

Letetur mons syon et exultent filie iude:
propter iudicia tua domine.

Circumdate syon et complectimini eam:
narrate in turribus eius.

Ponite corda ur̄a in uirtute ei: et distribuite

domos eius ut enarretis in pgenie alta.

Qm hic ē ds ds nr in eternum et in sclm scli:
ipe reget nos in scla.

Audite hec omnes gentes: aurib;
pcipite oms qui habitatis terrā.
Quique terrigene et filii homi
num: simul in unum diues et pauper.
Os meum loquetur sapientiam: et medi
tatio cordis mei prudentiam.
Inclinabo in parabolam aurem meam:
apiam in psalterio ppositionem meam.
Cur timebo in die mala: iniquitas calca
nei mei ~~obseruabit~~ circumdabit me.
Qui confidunt in uirtute sua: et in multitu
dine diuiciarum suarum glantur.
Frater nō redimet redimet homo: nō da
bit deo placationem suam.
Et precium redemptionis aīe sue: et labora
uit in eternum: et uiuet adhuc in finem.
Nō uidebit interitum cum uiderit sapiētes mo

Hic ostendit dd' amatores mundi. una ē glā sua
perituros. et de xpo redemptore non illoꝝ sz mundi
contemptorum.

rientes: simul insipiens & stultus peribunt.
Et relinquent alienis diuicias suas: & sepulc-
ra eorum domus illorum in eternum.
Tabernacula eorum in progenie & progenie: vocauerunt
nomina sua in terris suis.
Homo cum in honore esset non intellexit: com-
paratus iumentis insipientibus: & similis
factus est illis.
Hec via illorum scandalum ipsis: & postea in
ore suo complacebunt.
Sicut oues in inferno positi sunt: mors depascet eos.
Et dominabuntur eorum iusti in matuti-
no: & auxilium eorum veterascet in inferno a gloria eorum.
Uerumptamen deus redimet animam meam de ma-
nu inferi cum acceperit me.
Ne timueris cum diues factus fuerit homo: & cum
multiplicata fuerit gloria domus eius.
Quoniam cum interierit non sumet omnia: neque des-
cendet cum eo gloria eius.
Quia anima eius in vita ipsius benedicetur:

confitebitur tibi cum benefeceris ei.

Introibit usq; in progenies patrum suorum: usq; in eternum non videbit lumen.

Homo cum in honore esset non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus: et similis factus est illis.



Deus deorum dominus loquutus est: et vocavit terram.

A solis ortu usq; ad occasum: ex syon species decoris eius.

Deus manifeste veniet: deus noster et non silebit.

Ignis in conspectu eius exardescet: et in circuitu eius tempestas valida.

Et vocavit celum desursum: et terram discernere populum suum.

Congregate illi sanctos eius: qui ordinant testamentum eius super sacrificia.

Et annuntiabunt celi iusticiam eius: quoniam deus iudex est.

Audi populus meus et loquar: israel et testificabor

Hic monet propheta ut nullus ad vetera sacrificia iam finita redeat: sed ad sacrificium laudis.

tibi: deus deus tuus ego sum.
Non in sacrificiis tuis arguam te: holocausta
autem tua in conspectu meo sunt semper.
Non accipiam de domo tua uitulos: neque de
gregibus tuis hyrcos.
Quoniam mee sunt omnes fere siluarum: iumen-
ta in montibus et boues.
Cognoui omnia uolatilia celi: et pulchritu-
do agri mecum est.
Si esuriero non dicam tibi: meus est enim
orbis terre et plenitudo eius.
Numquid manducabo carnes taurorum: aut
sanguinem hyrcorum potabo.
Immola deo sacrificium laudis: et redde altis-
simo uota tua.
Et inuoca me in die tribulationis: eruam
te et honorificabis me.
Peccatori autem dixit deus quare tu e-
narras iusticias meas: et assumis testamen-
tum meum per os tuum.

Tu uero odisti disciplinam :· et proiecisti
sermones meos retrorsum
Si uidebas furem currebas cum eo :· et cum
adulteris portionem tuam ponebas.
Os tuum habundauit malicia :· et lingua
tua concinnabat dolos
Sedens aduersus fratrem tuum loqueba
ris :· et aduersus filium matris tue ponebas
scandalum : hec fecisti et tacui.
Existimasti inique quod ero tui similis :· arguam
te et statuam contra faciem tuam
Intelligite hec qui obliuiscimini deum :· ne
quando rapiat et non sit qui eripiat
Sacrificium laudis honorificabit me :· et illic
iter quo ostendam illi salutare dei.



Miserere mei deus :· secundum magnam
misericordiam tuam.
Et secundum multitudinem mise
rationum tuarum :· dele iniquitatem meam
Amplius laua me ~~domine~~ ab iniquitate

Hic david humiliatus publice confitetur peccatum quando nathan propheta quesiuit ab eo iudicium de sola oue pauperi ablata.

mea: et a peccato meo munda me.
Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: et pec-
catum meum contra me est semper.
Tibi soli peccavi et malum coram te feci: ut iu-
stificeris in sermonibus tuis et vincas cum iudicaris.
Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: et in
peccatis meis concepit me mater mea.
Ecce enim veritatem dilexisti: incerta et occul-
ta sapientie tue manifestasti michi.
Asperges me ysopo et mundabor: lavabis
me et super nivem dealbabor.
Auditui meo dabis gaudium et leticiam:
et exultabunt ossa humiliata.
Averte faciem tuam a peccatis meis: et omnes
iniquitates meas dele.
Cor mundum crea in me deus: et spiritum rectum
innova in visceribus meis.
Ne proicias me a facie tua: et spiritum sanctum tuum
ne auferas a me.
Redde michi leticiam salutaris tui: et spiritu

In principali confirma me.
Docebo iniquos uias tuas: ⁊ impii ad te
conuertentur.
Libera me de sanguinibus deus deus salu
tis mee: ⁊ exultabit lingua mea iustici
am tuam.
Domine labia mea aperies: ⁊ os meum an
nuntiabit laudem tuam.
Quoniam si uoluisses sacrificium dedissem uti
que holocaustis non delectaberis.
Sacrificium deo spiritus contribulatus: cor
contritum ⁊ humiliatum deus non despicies.
Benigne fac domine in bona uoluntate
tua syon: ut edificentur muri ierusalem.
Tunc acceptabis sacrificium iusticie. ob
lationes ⁊ holocausta: tunc imponent su



per altare tuum uitulos.
Quid gloriaris in malicia: qui
potens es in iniquitate.
Tota die iniusticiam co

Hic arguitur doech ydumeus eo quod annuntiasset mali
ciose sauli quod dauid uenisset in domum abimelech
Vox christi de iuda.

cogitauit lingua tua: sicut nouacula
acuta fecisti dolum.
Dilexisti maliciam super benignitatem: iniqui
tatem. magis quam loqui equitatem.
Dilexisti omnia uerba precipitationis:
lingua dolosa.
Propterea d's destruet te in finem: euellet te
⁊ emigrabit te de tabernaculo tuo: ⁊ radi
cem tuam de terra uiuentium.
Uidebunt iusti ⁊ timebunt: ⁊ super eum
ridebunt ⁊ dicent: ecce homo qui nō po
suit deum adiutorem suum.
Sed sperauit in multitudine diuiciarū
suarum: ⁊ preualuit in uanitate sua.
Ego autem sicut oliua fructifera in do
mo dei mei: speraui in misericordia dei in et
num ⁊ in seculum seculi.
Confitebor tibi in seculum quia fecisti: ⁊ ex
pectabo nomen tuum quoniam bonum in cō
spectu sanctorum tuorum.

hic pph̄a insipientes
qui dicunt in corde
suo dm̄ ñ esse: argu
it. ¶ Intellectus in finem
pro amalech



ixit insipiens in
corde suo: ñ est ds.
Corrupti sunt et
abhominabiles fa
cti sunt in iniquita
tibz; non est qui fa
ciat bonum.
Dominus de ce
lo prospexit super filios hominum ut
uideat si est intelligēs aut requirens deū.
Omnes declinauerunt simul inutiles fac
ti sunt: non est qui faciat bonum non
est usq; ad unum.
Nonne scient omnes qui operantur ini
quitatem: qui deuorant plebem meā
ut cibum panis.
Deum nō inuocauerunt: illic trepidaue
runt timore ubi ñ fuit timor.
Qm̄ dominus dissipat ossa eorum qui ho
minib; placent: confusi sunt qm̄ deus

79

spreuit eos.

Quis dabit ex syon salutare isrl: cum con
uerterit dominus captiuitatem plebis sue
exultabit iacob et letabitur isrl.

Ps. dauid clamat ad dominum quando ziphei accusauerunt eum ad saul. Vox supplicantis ad xpm



Deus in nomine tuo saluum me fac:
et in uirtute tua iudica me.
Deus exaudi orationem meam:
auribus percipe uerba oris mei.
Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me et
fortes quesierunt animam meam: et
non proposuerunt deum ante conspec
tum suum.
Ecce enim deus adiuuat me: et dominus su
sceptor est anime mee.
Auerte mala inimicis meis: et in ueritate
tua disperde illos.
Voluntarie sacrificabo tibi: et confitebor
nomini tuo domine quoniam bonum est.
Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me: et super
inimicos meos despexit oculus meus.

Vox x̄ ad iusus
magnatos iudeoꝝ
.s. herodē pylatū
⁊ iudam

Exaudi deus orationem meam:
⁊ ne despexeris deprecationem meam:
intende michi ⁊ exaudi me.
Contristatus sum in exercitatione mea:
⁊ conturbatus sum a uoce inimici ⁊ a
tribulatione peccatoris.
Quoniam declinauerunt in me iniquitates: ⁊
in ira molesti erant michi.
Cor meum conturbatum est in me: et
formido mortis cecidit super me.
Timor ⁊ tremor uenerunt super me: ⁊
contexerunt me tenebre.
Et dixi quis dabit michi pennas sicut
columbe: ⁊ uolabo ⁊ requiescam.
Ecce elongaui fugiens: ⁊ mansi in solitudine.
Expectabam eum qui saluum me fecit: a
pusillanimitate spiritus ⁊ tempestate.
Precipita domine ⁊ diuide linguas eorum: quoniam uidi iniquitatem ⁊ contradictionem in ciuitate.

Die ac nocte circumdabit eam super muros
eius iniquitas; et labor in medio eius et iniusticia.
Et nō defecit de plateis eius: usura et dolus.
Qm̄ si inimicus meus maledixisset michi: su
stinuissem utiq;
Et si is qui oderat me super me magna locutꝰ
fuisset: abscondissem me forsitan ab eo.
Tu uero homo unanimis: dux meus et no
tus meus.
Qui simul mecum dulces capiebas cibos: in
domo dei ambulauimus cum consensu.
Ueniat mors super illos: et descendant in infer
num uiuentes.
Qm̄ nequitie in habitaculis eorum: in me
dio eorum.
Ego autem ad dominum clamaui: et dominꝰ
saluabit me.
Uespere et mane et meridie narrabo et annunci
abo: et exaudiet uocem meam
Redimet in pace animam meam ab his qui

appropinquant michi qm̄ inter multos
erant mecum.
Exaudiet deus et humiliabit illos: qui est
ante secula.
Non enim est illis commutatio et non ti
muerunt deum extendit manum su
am in retribuendo
Contaminauerunt testamentum eius:
diuisi sunt ab ira uultus eius et appro
pinquauit cor illius
Molliti sunt sermones eius super oleum:
et ipsi sunt iacula
Iacta super dominū curam tuam. et ipse
te enutriet ñ dabit in etnū fluctuationē
iusto.
Tu uero deus deduces eos in puteū interitꝰ.
Viri sanguinum et dolosi ñ dimidiabunt



dies suos: ego autem sperabo in
te domine.
Miserere mei deus qm̄ conculcauit

hic dauid qn̄ allophili tenuerunt eū in geth. Orauit
pro populo qui a scīs recesserat. vox xp̄i ad patrem

uit me homo: tota die impugnans tri
bulauit me.
Conculcauerunt me inimici mei tota die:
quoniam multi bellantes aduersum me.
Ab altitudine diei timebo: ego uero in te sperabo.
In deo laudabo sermones meos: in deo spe
raui non timebo quid faciat michi caro.
Tota die uerba mea execrabantur: aduersum
me omnes cogitationes eorum in malum.
Inhabitabunt et abscondent: ipsi calca
neum meum obseruabunt.
Sicut sustinuerunt animam meam pro
nichilo saluos facies illos: in ira populos
confringes.
Deus uitam meam annuntiaui tibi: posuisti la
crimas meas in conspectu tuo.
Sicut et in promissione tua: tunc conuer
tentur inimici mei retrorsum.
In quacumque die inuocauero te: ecce cogno
ui quoniam deus meus es.

In deo laudabo uerbum in domino lauda
bo sermonem in deo speraui. non timebo quid
faciat michi homo.
In me sunt deus uota tua que reddam lau
dationes tibi.
Quoniam eripuisti animam meam de morte: et
pedes meos de lapsu: ut placeam coram deo
in lumine uiuentium.

clamauit dauid ad dñm qñ a facie saul fugit ad speluncam. Vox ecclesie ad xpm



Miserere mei deus miserere mei: quoniam
in te confidit anima mea.
Et in umbra alarum tuarum
sperabo: donec transeat iniquitas.
Clamabo ad deum altissimum: deum qui
benefecit michi.
Misit de celo et liberauit me: dedit in obpro
brium conculcantes me.
Misit deus misericordiam suam et ueritatem suam:
et eripuit animam meam de medio catu
lorum leonum dormiui conturbatus.
Filii hominum dentes eorum arma et sagitte:

et lingua eorum gladius acutus.
Exaltare super celos deus: et super omnem ter
ram gloria tua.
Laqueum parauerunt pedibus meis: et incur
uauerunt animam meam.
Foderunt ante faciem meam foueam: et in
ciderunt in eam.
Paratum cor meum deus paratum cor meum:
cantabo et psalmum dicam.
Exurge gloria mea exurge psalterium et
cythara: exurgam diluculo.
Confitebor tibi in populis domine: et psalmum
dicam tibi in gentibus.
Quam magnificata est usque ad celos miseri
cordia tua: et usque ad nubes ueritas tua.
Exaltare super celos deus: et in omnem terram
gloria tua.
Si uere utique iusticiam loquimini:
recte iudicate filii hominum.
~~Etenim in corde iniquitates:~~

Hic admonet propheta senes iudeorum recta
loqui: et iuste iudicare



Etenim in corde iniquitates operami
ni in terra: iniusticias manus uestre
concinnant.
Alienati sunt peccatores a uulua: erra
uerunt ab utero loquuti sunt falsa.
Furor illis secundum similitudinem serpentis:
sicut aspidis surde et obturantis aures suas.
Que non exaudiet uocem incantantium: et
uenefici incantantis sapienter.
Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum:
molas leonum confringet dominus.
Ad nichilum deuenient tanquam aqua
decurrens: intendit arcum suum donec
infirmentur.
Sicut cera que fluit auferentur: super ce
cidit ignis et non uiderunt solem.
Priusquam intelligerent spine uestre ram
num sicut uiuentes sic ira obsorbet
eos.
Letabitur iustus cum uiderit uindictam:

manuſ ſuaſ lauabit in ſanguine peccatoris
Et dicet homo ſi utiq; eſt fructuſ iuſto: utiq;
eſt deuſ iudicanſ eoſ in terra.

hic dd̄ clamauit ad dñm
qn̄ ſaul miſit ad cuſt-
endū domū ut īf-
eum. Ps̄ x̄ ad pr̄
et uox eccl̄e ad xp̄m



Eripe me de inimiciſ meiſ deuſ meuſ:
et ab inſurgentibuſ in me libe-
ra me.
Eripe me de operantibuſ iniquitatem: et
de uiriſ ſanguinum ſalua me.
Quia ecce ceperunt animam meam: irrue-
runt in me forteſ.
Neq; iniquitaſ mea neq; peccatum meum
domine: ſine iniquitate cucurri et direxi.
Exurge in occurſum meum et uide: et tu dñe deuſ
uirtutum deuſ iſrl̄.
Intende ad uiſitandaſ omſ genteſ: n̄ miſe-
rearíſ omnib; qui operantur iniquitatem.
Conuertantur ad ueſperam et famem patientur
ut caneſ: et circuibunt ciuitatem.
Ecce loquentur in ore ſuo: et gladiuſ in labi-
iſ eorum qm̄ quiſ audiuit

Et tu domine deridebis eos: ad nichilum de
duces omnes gentes.
Fortitudinem meam ad te custodiam: quia
deus susceptor meus: deus meus misericordia eius
preveniet me.
Deus ostendit michi super inimicos meos: ne oc
cidas eos nequando obliviscantur populi mei.
Disperge illos in virtute tua: et disperde eos pro
tector meus domine.
Delictum oris eorum sermonem labiorum ipso
rum: et comprehendantur in superbia sua.
Et de execratione et mendacio annunciabun
tur in consummatione.
In ira consummationis et non erunt: et scient quia deus do
minabitur iacob et finium terre.
Convertentur ad vesperam et famem patien
tur ut canes: et circuibunt civitatem.
Ipsi dispergentur ad manducandum: si vero
non fuerint saturati et murmurabunt.
Ego autem cantabo fortitudinem tuam: et ex

[E]xultabo mane misericordiam tuam.
Quia factus es susceptor meus: et refugium me-
um in die tribulationis mee.
Adiutor meus tibi psallam, quia deus susceptor meus
es: deus meus misericordia mea.



[D]eus repulisti nos et destruxisti nos: et
iratus es et misertus es nobis.
Commouisti terram et contur-
basti eam: sana contriciones eius quia com-
mota est.
Ostendisti populo tuo dura: potasti nos uino com-
punctionis.
Dedisti metuentibus te significationem: ut
fugiant a facie arcus.
Ut liberentur dilecti tui: saluum fac dextera
tua et exaudi me.
Deus locutus est in sancto suo: letabor et partibor
sicimam: et conuallem tabernaculorum metibor.
Meus est galaad et meus est manasses: et ephraym
fortitudo capitis mei.

hic propheta commendat
contritionem post
lapsum

Iuda rex meus: moab olla spei mee.

In ydumeam extendam calciamentum meum: michi alienigene subditi sunt.

Quis deducet me in ciuitatem munitam: quis deducet me usque in ydumeam.

Nonne tu deus qui repulisti nos: et non egredieris deus in uirtutibus nostris.

Da nobis auxilium de tribulatione: quia uana salus hominis.

In deo faciemus uirtutem: et ipse ad nichilum deducet tribulantes nos.

h' amonet propheta ecclesiam perseuerare in oratione dum temptatur



Exaudi deus deprecationem meam: intende orationi mee.

A finibus terre ad te clamaui dum anxiaretur cor meum: in petra exaltasti me.

Deduxisti me quia factus es spes mea: turris fortitudinis a facie inimici.

Inhabitabo in tabernaculo tuo in secula: protegar in uelamento alarum tuarum.

Quoniam tu deus meus exaudisti orationem meam:
dedisti hereditatem timentibus nomen tuum.
Dies super dies regis adicies: annos eius usque
in diem generationis et generationis.
Permanet in eternum in conspectu dei: mi
sericordiam et veritatem eius quis requiret.
Sic psalmum dicam nomini tuo in seculum se
culi: ut reddam vota mea de die in diem.
Nonne deo subiecta erit anima
mea: ab ipso enim salutare
meum.
Nam et ipse deus meus et salutaris meus: su
sceptor meus non movebor amplius.
Quousque irruitis in hominem: interficitis
universi vos: tanquam parieti inclinato
et macerie depulse.
Verumptamen precium meum cogitaverunt
repellere: cucurri in siti: ore suo benedice
bant et corde suo maledicebant.
Verumptamen deo subiecta esto anima mea:

Vos qui ecclesiam
sequimini inte
figitis vos. ta
quia paries iclin
tus cadet sup
¶ pro idithun

quoniam ab ipso pacientia mea.
Quia ipse deus meus et salvator meus: adiu
tor meus non emigrabo.
In deo salutare meum et gloria mea: deus auxi
lii mei et spes mea in deo est.
Sperate in eo omnis congregatio populi: ef
fundite coram illo corda vestra: deus adiu
tor noster in eternum.
Uerumptamen vani filii hominum:
mendaces filii hominum in stateris: ut
decipiant ipsi de vanitate in idipsum.
Nolite sperare in iniquitate et rapinas no
lite concupiscere: divicie si affluant no
lite cor apponere.
Semel loquutus est deus duo hec audivi:
quia potestas dei est et tibi domine misericordi
a quia tu reddes unicuique iuxta opera sua.

c david clamavit
d dominum cum fugeret
desertum ydumee a
acie saul.

Deus deus meus: ad te de luce
vigilo.
Sitivit in te anima mea:

quam multipliciter tibi caro mea.
In terra deserta inuia et inaquosa sic in sā
cto apparui tibi: ut uiderem uirtutem
tuam et gloriam tuam.
Quoniam melior est misericordia tua super uitas:
labia mea laudabunt te.
Sic benedicam te in uita mea: et in nomine
tuo leuabo manus meas.
Sicut adipe et pinguedine repleatur a
nima mea: et labiis exultationis lau
dabit os meum.
Si memor fui tui super stratum meum
in matutinis meditabor in te: quia fuisti
adiutor meus.
Et in uelamento alarum tuarum exul
tabo: adhesit anima mea post te me su
scepit dextera tua.
Ipsi uero in uanum quesierunt animā
meam: introibunt in inferiora terre: tra
dentur in manus gladii partes uul

pium erunt.

Rex uº letabitur in deo. laudabuntur omēs
qui iurant in eo: quia obstructum est
os loqūtium iniqua.

amonet nos pphā
lamare ad dm̄ dū
ribulamur


xaudi deus orōnem meam cū
deprecor: a timore inimici eri
pe animam meam.

Protexisti me a conuentu malignantiū:
a multitudine operantium iniquitatem.
Quia exacuerunt ut gladium linguas su
as: intenderunt arcum rem amaram:
ut sagittent in occultis immaculatū.
Subito sagittabunt eum ⁊ nō timebūt: fir
mauerunt sibi sermonem nequam.
Narrauerunt ut absconderent laqōs: dixe
runt quis uidebit eos.
Scrutati sunt iniquitates: defecerunt scru
tantes scrutinio.
Accedet homo ad cor altum: ⁊ exaltabitur deus
Sagitte paruulorum facte sunt plage eo

num: ⁊ infirmate sunt contra eos lingue
eorum
Conturbati sunt omnes qui videbant eos:
⁊ timuit omnis homo.
Et annuntiaverunt opera dei: ⁊ facta eius
intellexerunt.
Letabitur iustus in dño ⁊ sperabit in eo: et
laudabuntur omnes recti corde.

Canticũ filioꝝ i
qñ incipiebãt ꝓ
ficisci ĩ t'ra ꝑegri
nonis

Te decet hymnus deus in syon:
⁊ tibi reddetur votum in ierusalẽ.
Exaudi orationem meam: ad
te omnis caro veniet.
Verba iniquorum prevaluerunt sup
nos: ⁊ impietatib; nr̃is tu propiciaberis.
Beatus quem elegisti ⁊ assumpsisti: inhabi
tabit in atriis tuis.
Replebimur in bonis domus tue: sanctũ
est templum tuũ mirabile in equitate.
Exaudi nos deus salutaris noster: spes om
nium finium terre ⁊ in mari longe.

Preparans montes in uirtute tua accinc
tus potentia: qui conturbas profundum
maris sonum fluctuum eius ~~tu mitigas~~.
Turbabuntur gentes et timebunt qui habitant te
rminos a signis tuis: exitus matutini et ue
spere delectabis.
Uisitasti terram et inebriasti eam: multi
plicasti locupletare eam.
Flumen dei repletum est aquis: parasti cibum
illorum: quoniam ita est preparatio eius.
Riuos eius inebria [illegible] multiplica genimi
na eius: in stillicidiis eius letabitur ger
minans.
Benedices corone anni benignitatis tue: et ca
pi tui replebuntur ubertate.
Pinguescent speciosa deserti: et exultatione
colles accingentur.
Induti sunt arietes ouium: et ualles habun
dabunt frumento: clamabunt etenim hym
pnum dicent.

hic pp̄ha in p̄sona pa
storis inuitat ppl'm in
laudē creatoris.

Iubilate deo omnis terra: psalmum di
cite nomini eius: date gl̄iam laudi eius.
Dicite deo quam terribilia sunt opera
tua domine: in multitudine uirtutis
tue mentientur tibi inimici tui.
Omnis terra adoret te ⁊ psallat t[ibi]:
psalmum dicat nomini tuo.
Venite ⁊ uidete opera dei: terribilis in
consiliis sup̄ filios hominum
Qui conuertit mare in aridam: in flu
mine pertransibunt pede: ibi letabimur
in ipso
Qui dominatur in uirtute sua in eternum:
oculi eius super gentes respiciunt: qui
exasperant nō exaltentur in semetipsis.
Benedicite gentes deum nr̄m: ⁊ auditā
facite uocem laudis eius.
Qui posuit animam meam ad uitam:
⁊ nō dedit in commocionē pedes meos
Qm̄ probasti nos deus: igne nos exami

nasti sicut examinatur argentum.
Induxisti nos in laqueum: posuisti tribula
tiones in dorso nostro; posuisti homines super
capita nostra.
Transiuimus per ignem et aquam: et eduxi
sti nos in refrigerium
Introibo in domum tuam in holocaustis:
reddam tibi uota mea que distinxerunt
labia mea.
Et locutum est os meum: in tribulati
one mea.
Holocausta medullata offeram tibi cum
incensu arietum: offeram tibi boues
cum hyrcis.
Venite audite et narrabo omnes qui timetis
deum: quanta fecit anime mee.
Ad ipsum ore meo clamaui: et exultaui
sub lingua mea.
Iniquitatem si aspexi in corde meo: non
exaudiet dominus.

Propterea exaudivit deus: et attendit voci deprecationis mee.

Benedictus deus: qui non amovit orationem meam et misericordiam suam a me.

Deus misereatur nostri et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos et misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi deus: confiteantur tibi populi omnes.

Letentur et exultent gentes: quoniam iudicas populos in equitate: et gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi deus confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum suum.

Benedicat nos deus deus noster benedicat nos deus: et metuant eum omnes fines terre.

Exurgat deus et dissipentur ini

hic propheta annunciat adventum christi et assumptionem in celis

hic amonet nos propheta deum laudare ut nos illuminet

Inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a fa
cie eius.
Sicut deficit fumus deficiant: sicut fluit ce
ra a facie ignis. sic pereant peccatores a fa
cie dei.
Et iusti epulentur: et exultent in conspec
tu dei: et delectentur in leticia.
Cantate deo psalmum dicite nomini eius:
iter facite ei qui ascendit super occasum:
dominus nomen illi.
Exultate in conspectu eius: turbabuntur
a facie eius patris orphanorum et iudicis
uiduarum.
Deus in loco sancto suo: deus qui inhabitare facit
unius moris in domo.
Qui educit uinctos in fortitudine: similiter
eos qui exasperant qui habitant in sepulcris.
Deus cum egredieris in conspectu populi tui:
cum pertransieris in deserto.
Terra mota est: et enim celi distillauerunt

a facie dei synai. a facie dei isrl.
Pluuiam uoluntariam segregabis deus he
reditati tue: & infirmata est. tu uero perfe
cisti eam.
Animalia tua habitabunt in ea: parasti
in dulcedine tua pauperi deus.
Dominus dabit uerbum: euuangelizanti
b3 ~~eum~~ uirtute multa.
Rex uirtutum dilecti dilecti: & speciei domui
diuidere spolia.
Si dormiatis inter medios cleros penne colu
be deargentate: & posteriora dorsi eius in
pallore auri.
Cum discernit celestis reges super eam niue
dealbabuntur in selmon: mons dei mons
pinguis.
Mons coagulatus mons pinguis: ut quid sus
picamini montes coagulatos.
Mons in quo beneplacitum est deo inhabi
tare in eo: etenim dominus habitabit in finem.

Currus dei decem milib; multiplex: milia
letantium: dns in eis in syna in sco.
Ascendisti in altum cepisti captiuitatem: ac
cepisti dona in hominib;
Et enim non credentes inhabitare dnm deum
Benedictus dominus die cotidie prosperum
iter faciet nob deus salutarium nror.
Deus noster deus saluos faciendi: et domini
domini exitus mortis.
Uerumptn deus confringet capita inimicorum
ꝯmorantium suorum uerticem capilli p
ambulantium in delictis suis.
Dixit dominus ex basan conuertam: conuer
tam in profundum maris.
Ut intinguatur pes tuus in sanguine: lin
gua canum tuorum ex inimicis ab ipso.
Uiderunt ingressus tuos deus: ingressus dei mei
regis mei qui est in sco.
Preuenerunt principes coniuncti psallen
tib; in medio iuuencularum tympanistriarum.

In ecclesiis benedicite deo: domino de fontibus
israel.
Ibi beniamin adolescentulus: in mentis excessu.
Principes iuda duces eorum: principes zabu
lon. principes neptalym.
Manda deus uirtuti tue: confirma deus hoc quod
operatus es in nobis.
A templo tuo in ierusalem: tibi offerent re
ges munera.
Increpa feras harundinis: congregatio tau
rorum in uaccis populorum: ut excludant eos
qui probati sunt argento.
Dissipa gentes que bella uolunt: uenient le
gati ex egypto: ethyopia preueniet manus
eius deo.
Regna terre cantate deo: psallite domino.
Psallite deo: qui ascendit super celum celi ad
orientem.
Ecce dabit uoci sue uocem uirtutis: date
gloriam deo. super israel magnificentia eius

uirtus eius in nubib;

Mirabil' deus in sanctis suis: deus isrl' ipse dabit uirtutem. et fortitudinem plebi sue benedictus deus.

Vox xpi tpre passionis pro his qui commutabantur



Saluum me fac deus: qm̄ intrauerunt aque: usq; ad animam meā.

Infixus sum in limo profundi: et nō est substantia.

Veni in altitudinem maris: et tempestas demersit me.

Laboraui clamans. rauce facte sunt fauces mee: defecerunt oculi mei dum spero in deo meo.

Multiplicati sunt super capillos capitis mei: qui oderunt me gratis.

Confortati sunt qui psequti sunt me inimici mei iniuste: quē nō rapui tunc ex

solvebam
Deus tu scis insipientiam meam: et delicta
mea a te non sunt abscondita.
Non erubescant in me qui expectant te domine:
domine virtutum.
Non confundantur super me qui querunt
te deus israhel.
Quoniam propter te sustinui obprobrium: operuit confusio faciem meam.
Extraneus factus sum fratribus meis: et peregrinus
filiis matris mee.
Quoniam zelus domus tue comedit me: et obpro
bria exprobrantium tibi ceciderunt super me.
Et operui in ieiunio animam meam: et factum
est in obprobrium michi.
Et posui vestimentum meum cilicium: et
factus sum illis in parabolam.
Adversum me loquebantur qui sedebant in
porta: et in me psallebant qui bibebant
vinum.

Ego uero orationem meam ad te domine: tempus be
neplaciti deus.
In multitudine misericordie tue exaudi me in
ueritate salutis tue.
Eripe me de luto ut non infigar: libera me ab hiis
qui oderunt me. et de profundis aquarum.
Non me demergat tempestas aque: neque ab
sorbeat me profundum: neque urgeat super
me puteus os suum.
Exaudi me domine quoniam benigna est misericordia
tua: secundum multitudinem miserationum
tuarum respice in me.
Et ne auertas faciem tuam a puero tuo: quoniam
tribulor uelociter exaudi me.
Intende anime mee et libera eam: propter in
imicos meos eripe me.
Tu scis improperium meum et confusionem
meam: et reuerentiam meam.
In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant
me: improperium expectauit cor meum et

miseriam
Et sustinui qui simul contristaretur: 7 ñ fuit:
7 qui consolaretur: 7 ñ inueni.
Et dederunt in escam meam fel: 7 in siti mea po
tauerunt me aceto.
Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum: 7
in retributiones. 7 in scandalum.
Obscurentur oculi eorum ne uideant: 7 dorsũ
eorum semper incurua.
Effunde super eos iram tuam: 7 furor ire tue
comprehendat eos.
Fiat habitatio eorum deserta: 7 in tab̃naculis
eorum ñ sit qui inhabitet.
Qm̃ quem tu percussisti psequuti sunt: 7 super
dolorem uulnerum meorum addiderunt.
Appone iniquitatem super iniquitatem eo
rum: 7 ñ intret in iusticiam tuam.
Deleantur de libro uiuentium: 7 cum iustis
nõ scribantur.
Ego sum paup 7 dolens: salus tua ds suscẽ

pitine.

Laudabo nomen dei cum cantico: et magnifi
cabo eum in laude.

Et placebit deo super uitulum nouellum:
cornua producentem et ungulas.

Uideant pauperes et letentur: querite dominum et
uiuet anima uestra.

Quoniam exaudiuit pauperes dominus: et uinc
tos suos non despexit.

Laudent illum celi et terra: mare et omnia re
ptilia in eis.

Quoniam dominus saluam faciet syon: et edifica
buntur ciuitates iude.

Et inhabitabunt ibi: et hereditate adquirent
eam.

Et semen seruorum eius possidebit eam: et qui dili
gunt nomen eius habitabunt in ea.



Deus in adiutorium meum inten
de: domine ad adiuuandum
me festina.

hic propheta in persona omnium iustorum petit se adiuuari
et malos erubescere

Confundantur et reuereantur: qui que
runt animam meam.
Auertantur retrorsum et erubescant: qui
uolunt michi mala.
Auertantur statim erubescentes: qui di
cunt michi euge euge.
Exultent et letentur in te omnes qui querunt
te: et dicant semper magnificetur dominus
qui diligunt salutare tuum.
Ego uero egenus et pauper sum: deus ad
iuua me.
Adiutor meus et liberator meus es tu: domine
ne moreris.
In te domine speraui non confundar in eter
num: in iusticia tua libera me et eripe me.
Inclina ad me aurem tuam: et salua
me.
Esto michi in deum protectorem: et in locum mu
nitum ut saluum me facias.
Quoniam firmamentum meum: et refugium

Canticum filiorum ionadab et priorum captiuorum. Vox christi ad patrem.

meum es tu.

Deus meus eripe me de manu peccatoris: et de manu contra legem agentis et iniqui.

Quoniam tu es pacientia mea domine: domine spes mea a iuventute mea.

In te confirmatus sum ex utero: de ventre matris mee tu es protector meus.

In te cantatio mea semper: tanquam prodigium factus sum multis: et tu adiutor fortis.

Repleatur os meum laude ut cantem gloriam tuam: tota die magnitudinem tuam.

Ne proicias me in tempore senectutis: cum defecerit virtus mea ne derelinquas me.

Quia dixerunt inimici mei michi: et qui custodiebant animam meam consilium fecerunt in unum.

Dicentes deus dereliquit eum: persequimini et comprehendite eum: quia non est qui eripiat.

Deus ne elongeris a me: deus meus in auxilium

meum respice.
Confundantur et deficiant detrahentes anime
mee: operiantur cõfusiõe et pudore qui
querunt mala michi.
Ego autem semper sperabo: et adiciã super
omnem laudem tuam.
Os meũ annũtiabit iusticiam tuã: tota
die salutare tuum.
Qm̃ ñ cognovi litteraturam introibo in po
tentias domini: domine memorabor iusti
cie tue solius.
Deus docuisti me a iuventute mea et usq; nũc
pnuntiabo mirabilia tua.
Et usq; in senectam et senium: deus ne dereli
quas me.
Donec ãnunciẽ brachiũ tuũ: generationi
omni que ventura est.
Potentiam tuam et iusticiam tuam deus
usq; in altissima que fecisti magnalia deus
quis similis tibi.

Quantas ostendisti michi tribulationes multas et malas: et conversus vivificasti me: et de abyssis terre iterum reduxisti me.

Multiplicasti magnificentiam tuam: et conversus consolatus es me.

Nam et ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam deus: psallam in cythara sanctus israel.

Exultabunt labia mea cum cantavero tibi: et anima mea quam redemisti.

Sed et lingua mea tota die meditabitur iusticiam tuam: cum confusi et reverita fuerint qui querunt mala michi.

Deus iudicium tuum regi da: et iusticiam tuam filio regis.

Iudicare populum tuum in iusticia: et pauperes tuos in iudicio.

Suscipiant montes pacem populo: et colles iusticiam.

Iudicabit pauperes populi: et salvos faciet filios

hic propheta agit de iudicio optans illud dari filio dei.

pauperum ⁊ humiliabit calumpniatorem
Et permanebit cum sole ⁊ ante lunam: in ge
neratione ⁊ generationem.
Descendet sicut pluuia in uellus: ⁊ sicut stilli
cidia stillantia super terram
Orietur in diebus eius iusticia ⁊ habundancia
pacis: donec auferatur luna.
Et dominabitur a mari usque ad mare: et a
flumine usque ad terminos orbis terrarum.
Coram illo procident ethyopes: ⁊ inimici eius
terram lingent.
Reges tharsis ⁊ insule munera offerent: reges
arabum ⁊ saba dona adducent.
Et adorabunt eum omnes reges: omnes gen
tes seruient ei.
Quia liberauit pauperem a potente: ⁊ pauperem
cui non erat adiutor.
Parcet pauperi ⁊ inopi: ⁊ animas pauperum
saluas faciet.
Ex usuris ⁊ iniquitate redimet animas eorum

rum: et honorabile nomen eorum coram
illo
Et vivet et dabitur ei de auro arabie: et ado
rabunt de ipso semper: tota die benedicent ei.
Erit firmamentum in terra in summis mon
tium: super extolletur super lybanum fructus
eius: et florebunt de civitate sicut fenum
terre.
Sit nomen eius benedictum in secula: ante
solem permanet nomen eius.
Et benedicentur in ipso omnes tribus terre: omnes
gentes magnificabunt eum.
Benedictus dominus deus israel: qui facit mira
bilia solus.
Et benedictum nomen maiestatis eius in eter
num: et replebitur maiestate eius omnis
terra: fiat fiat.



Quam bonus israel deus: hiis qui
recto sunt corde.
Mei autem pene moti sunt

hic defecerunt laudes david filii iesse.
Psalmus Asaph

pedes: pene effusi sunt gressus mei.
Quia zelaui sup iniquos: pacem pccõrum in
uidens.
Quia ñ est respectus morti eorum: et firma
mentum in plaga eorum.
In labore hominum ñ sunt: ⁊ cum hominib;
ñ flagellabuntur.
Ideo tenuit eos supbia eorum: opti sunt in
iquitate et impietate sua.
Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum: trã
sierunt in affectum cordis.
Cogitauerunt ⁊ locuti sunt nequiciam:
iniquitatem in excelso locuti sunt.
Posuerunt in celum os suum: ⁊ lingua eorum
transiuit in terra.
Ideo conuertetur ppls meus hic: ⁊ dies ple
ni inuenientur in eis.
Et dixerunt quomodo scit deus: ⁊ si est sciẽ
cia in excelso.
Ecce ipi pccõres ⁊ habundantes in seclo:

optinuerunt diuicias.
Et dixi. ergo sine causa iustificaui cor meum: et laui inter innocentes manus meas.
Et fui flagellatus tota die: et castigatio mea in matutinis.
Si dicebam narrabo sic: ecce nationem filiorum tuorum reprobaui.
Existimabam ut cognoscerem: hoc labor est ante me.
Donec intrem in sanctuarium dei: et intelligam in nouissimis eorum.
Uerumptamen propter dolos posuisti eis: deiecisti eos dum alleuarentur.
Quomodo facti sunt in desolationem subito defecerunt: perierunt propter iniquitatem suam.
Uelut somnium surgentium domine in ciuitate tua: ymaginem ipsorum ad nichilum rediges.
Quia inflammatum est cor meum: et renes mei commutati sunt: et ego ad nichilum re

dactus sum. τ nesciui.
Ut iumentum factus sum apud te: τ ego sem
per tecum.
Tenuisti manum dexteram meam: τ in uoluntate
tua deduxisti me: τ cum gloria suscepisti me.
Quid enim michi est in celo: τ a te quid uolui
super terram.
Defecit caro mea τ cor meum: deus cordis mei
τ pars mea ~~in deo est~~ deus in eternum.
Quia ecce qui elongant se a te peribunt: perdidi
sti omnes qui fornicantur abs te.
Michi autem adherere deo bonum est: ponere
in domino deo spem meam.
Ut annuntiem omnes predicationes tuas:
in portis filie syon.
Ut quid deus repulisti in finem:
iratus est furor tuus super oues
pascue tue.
Memor esto congregationis tue: quam pos
sedisti ab initio.

hic dauid describens subuisionem israel inque
rit causam quare fuit. Vox christi de iudeis

Redemisti uirgam hereditatis tue: mons sy
on in quo habitasti in eo.
Leua manus tuas in superbias eorum in fi
nem: quanta malignatus est inimicus in sancto.
Et gloriati sunt qui oderunt te: in medio sol
lempnitatis tue.
Posuerunt signa sua signa: et non cognouerunt
sicut in exitu super summum.
Quasi in silua lignorum securibus exciderunt ianuas
eius in idipsum: in securi et ascia deiecerunt eam.
Incenderunt igni sanctuarium tuum in ter
ra; polluerunt tabernaculum nominis tui.
Dixerunt in corde suo cognatio eorum simul:
quiescere faciamus omnes dies festos dei a
terra.
Signa nostra non uidimus iam non est propheta:
et nos non cognoscet amplius.
Usquequo deus improperabit inimicus: irritat aduer
sarius nomen tuum in finem.
Ut quid auertis manum tuam: et dexteram tuam

de medio sinu tuo in finem.
Deus autem rex nr̄ ante secula: operatus est salu
tem in medio terre.
Tu confirmasti in uirtute tua mare: contri
bulasti capita draconum in aquis.
Tu confregisti capita draconis: dedisti eum
escam pp̄lis ethyopum.
Tu disrupisti fontes & torrentes: tu siccasti flu
uios etham.
Tuus est dies & tua est nox: tu fabricatus es au
roram & solem.
Tu fecisti omnes t̃minos terre: estatem & uer
tu plasmasti ea.
Memor esto huius inimicus inproperauit dn̄o:
& pp̄ls insipiens incitauit nomen tuum.
Ne tradas bestiis animã confitentẽ tibi: & ani
mas pauperum tuorum ne obliuiscaris in
finem.
Respice in testamentum tuum: quia repleti
sunt qui obscurati sunt tr̄e domib; iniq̃tatū

Ne auertatur humilis factus confusus: pauper ⁊ inops
laudabunt nomen tuum.
Exurge domine iudica causam tuam: me-
mor esto improperiorum tuorum eorum que ab in-
sipiente sunt tota die.
Ne obliuiscaris uoces inimicorum tuorum:
superbia eorum qui te oderunt ascendit semper

Psalmus iste contra tumorem
superbie medicinam hu-
militatis apportat
¶ Psalmus cantici asaph



Confitebimur tibi deus, confitebi-
mur: ⁊ inuocabimus nomen
tuum.
Narrabimus mirabilia tua: cum accepero tem-
pus. ego iusticias [struck: iusticias] iudicabo
Liquefacta est terra ⁊ omnes qui habitant
in ea: ego confirmaui columpnas eius.
Dixi iniquis nolite inique agere: ⁊ delinquenti-
bus nolite exaltare cornu.
Nolite extollere in altum cornu uestrum: noli-
te loqui aduersus deum iniquitatem.
Quia neque ab oriente neque ab occidente neque a
desertis montibus: quoniam deus iudex est.

Hunc humiliat: et hunc exaltat: quia calix i
manu domini uini meri plenus mixto.
Et inclinauit ex hoc in hoc: uerumptamen fex eius
non est exinanita bibent omnes peccatores terre.
Ego autem annuntiabo in seculum: cantabo
deo iacob.
Et omnia cornua peccatorum confringam: et
exaltabuntur cornua iusti.
Notus in iudea deus: in israel magnum
nomen eius.
Et factus est in pace locus eius: et
habitatio eius in syon.
Ibi confregit potentias ~~domini~~ arcuum: scu
tum gladium et bellum
Illuminans tu mirabiliter a montibus eternis:
turbati sunt omnes insipientes corde.
Dormierunt somnum suum: et nichil inue
nerunt omnes uiri diuiciarum in mani
bus suis.
Ab increpatione tua deus iacob: dormitaue

ps asaph g ad
os q errantes c
om se erigunt i
statuentes iust

erunt qui ascenderunt equos.
Tu terribilis es & quis resistet tibi: ex tunc ira tua.
De celo auditum fecisti iudicium ~~tuum~~ terra tre-
muit & quieuit.
Cum exurgeret in iudicium deus: ut saluos fa-
ceret omnes mansuetos terre.
Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: & re-
liquie cogitationis diem festum agent tibi.
Uouete & reddite domino deo uestro: omnes qui
in circuitu eius affertis munera.
Terribili & ei qui aufert spiritum principum: ter-
ribili apud omnes reges terre.

Exemplo asaph omnia suppeditando solum deum querere nos monet propheta


Uoce mea ad dominum clamaui:
uoce mea ad dominum & inten-
dit michi.
In die tribulationis mee deum exquisiui ma-
nibus meis nocte contra eum: & non sum de-
ceptus.
Renuit consolari anima mea: memor fui
dei & delectatus sum & exercitatus sum & defecit spiritus meus.

Anticipauerunt uigilias oculi mei: turbat9
sum 7 n̄ sum loquutus.
Cogitaui dies antiquos: 7 annos eternos in
mente habui.
Et meditatus sum nocte cum corde meo: 7 exer
citabar: 7 scopebam sp̄m meum.
Numquid in eternum proiciet d̄s: aut n̄ apponet
ut complacior sit adhuc.
Aut in finem misericordiam suam abscidet: a
gn̄atione in gn̄ationem.
Aut obliuiscetur misereri d̄s: aut continebit
in ira sua misericordias suas.
Et dixi nunc cepi: hec mutatio dextere excelsi.
Memor fui operum domini: quia memor ero
ab initio mirabilium tuorum.
Et meditabor in omnibus operibus tuis: 7 in adin
uentionibus tuis exercebor.
D̄s in sc̄o uia tua: quis deus magnus sicut d̄s
n̄r: tu es d̄s qui facis mirabilia.
Notam fecisti in populis uirtutem tuam: redemit

sti in brachio tuo populum tuum: filios iacob et io
seph.

Viderunt te aque deus. uiderunt te aque et
timuerunt: et turbate sunt abyssi.

Multitudo sonitus aquarum: uocem dederunt
nubes.

Etenim sagitte tue transeunt: uox toni
trui tui in rota.

Illuxerunt coruscationes tue orbi ter
re: uidit et contremuit terra.

In mari uia tua et semite tue in aquis mul
tis: et uestigia tua non cognoscentur.

Deduxisti sicut oues populum tuum: in
manu moysi et aaron.

Propheta intendit mo
nere populum nouum ne
sint ingrati beneficiis dei
et ei uani se prouocent.
Intellectus asaph

Attendite popule meus legem me
am: inclinate aurem uestram
in uerba oris mei.

Aperiam in parabolis os meum: loquar
propositiones ab initio.

Quanta audiuimus et cognouimus ea: et

patres nr̄i narrauerunt nob.
Non sunt occultata a filiis eorum: in gñatione altera.
Narrantes laudes domini et uirtutes eius: et mirabilia eius que fecit.
Et suscitauit testimonium in iacob: et legem posuit in isrl'.
Quanta mandauit patribus nr̄is nota face̅ ea filiis suis: ut cognoscat gñatio altera.
Filii qui nascentur et exurgent: et enarrabūt filiis suis.
Et ponant in deo spem suam et n̄ obliuiscant̄ operum dei: et mandata eius exquirant.
Ne fiant sicut p̄res eorum: gñatio praua et exasperans.
Generatio que n̄ direxit cor suum: et n̄ est creditus cum deo sp̄s eius.
Filii effrem intendentes et mittentes arcū: conuersi sunt in die belli.
Non custodierunt testamentum dei: et in

lege eius noluerunt ambulare.
Et obliti sunt benefactorum eius: et mirabi
lium eius que ostendit eis
Coram patribus eorum fecit mirabilia in ter
ra egypti: in campo thaneos.
Interrupit mare et perduxit eos: et statuit a
quas quasi in utre.
Et eduxit eos in nube diei: et tota nocte in
illuminatione ignis.
Interrupit petram in heremo: et adaquavit
eos velut in abysso multa.
Et eduxit aquam de petra: et deduxit tamquam
flumina aquas.
Et apposuerunt adhuc peccare ei: in iram
excitaverunt ~~eum in~~ excelsum in ina
quoso.
Et temptaverunt deum in cordibus suis: ut
peterent escas animabus suis.
Et male locuti sunt de deo: dixerunt num
quid poterit deus parare mensam in deserto

Quoniam percuſſit petram ⁊ fluxerunt aque: ⁊ tor
rentes inundauerunt.
Numquid et panem poterit dare: aut parare men
ſam populo ſuo
Ideo audiuit dominus ⁊ diſtulit: ⁊ ignis ac
cenſus eſt in iacob: ⁊ ira aſcendit in iſrael.
Quia non crediderunt in deo: nec ſperauerunt in
ſalutari eius.
Et mandauit nubibus deſuper: ⁊ ianuas celi
aperuit.
Et pluit illis manna ad manducandum: ⁊
panem celi dedit eis.
Panem angelorum manducauit homo: ci
baria miſit eis in habundancia
Tranſtulit auſtrum de celo: ⁊ induxit in uir
tute ſua affricum.
Et pluit ſuper eos ſicut puluerem carnes: ⁊ ſi
cut harenam maris uolatilia pennata.
Et ceciderunt in medio caſtrorum eorum: circa ta
bernacula eorum.

Et manducauerunt: ⁊ saturati sunt nimis: ⁊ desiderium eorum attulit eis: non sunt fraudati a desiderio suo.

Adhuc esce eorum erant in ore ipsorum: ⁊ ira dei ascendit super eos.

Et occidit pingues eorum: ⁊ electos israel impediuit.

In omnibus hiis peccauerunt adhuc: ⁊ non crediderunt in mirabilibus eius.

Et defecerunt in uanitate dies eorum: ⁊ anni eorum cum festinatione.

Cum occideret eos querebant eum: ⁊ reuertebantur: ⁊ diluculo ueniebant ad eum.

Et rememorati sunt quia deus adiutor est eorum: ⁊ deus excelsus redemptor eorum est.

Et dilexerunt eum in ore suo: ⁊ lingua sua mentiti sunt ei.

Cor autem eorum non erat rectum cum eo: nec fideles habiti sunt in testamento eius.

Ipse autem est misericors: ⁊ propitius fiet

propitius fiet peccatiſ eorum: et non diſperdet eos.
Et habundavit ut averteret iram ſuam:
et non accendit omnem iram ſuam.
Et recordatuſ eſt quia caro ſunt: ſpiritus vadens
et non rediens.
Quotiens exacerbaverunt eum in deſer
to: in ira concitaverunt eum in inaquoſo.
Et converſi ſunt et temptaverunt deum: et ſanctum
iſrael exacerbaverunt.
Non ſunt recordati manuſ eiuſ: die qua re
demit eos de manu tribulantiſ.
Sicut poſuit in egypto ſigna ſua: et prodi
gia ſua in campo thaneos.
Et convertit in ſanguinem flumina eorum: et
ymbreſ eorum ne biberent.
Miſit in eos cynomiam et comedit eos: et ra
nam et diſperdidit eos.
Et dedit erugini fructuſ eorum: et labores
eorum locuſte.
Et occidit in grandine vineaſ eorum: et

et muros eorum in pruina.
Et tradidit grandini iumenta eorum: et possessionem
eorum igni.
Misit in eos iram indignationis sue: indig-
nationem et iram et tribulationem: inmissio-
nem per angelos malos.
Viam fecit semite ire sue: non pepercit a morte
animarum eorum: et iumenta eorum in
mare conclusit.
Et percussit omne primogenitum in terra E-
gypti: primitias omnis laboris eorum in
tabernaculis cham.
Et abstulit sicut oves populum suum: et perduxit e-
os tanquam gregem in deserto.
Et deduxit eos in spe et non timuerunt: et inimicos
eorum operuit mare.
Et induxit eos in montem sanctificationis sue:
montem quem adquisivit dextera eius.
Et eiecit a facie eorum gentes: et sorte divisit eis
terram in funiculo distributionis.

Et habitare fecit in tab'nacul' eoꝝ trib; isrl'.
Et temptauerunt ⁊ exacerbauerunt deum excel
sum: ⁊ testimonia eius n̄ custodierunt.
Et auerterunt se ⁊ n̄ seruauerunt pactum: quē
admodum patres eorum conuersi sunt in ar
cum prauum.
In iram concitauerunt eum in collib; suis: ⁊ i
sculptilibus suis ad emulationem eum pro
uocauerunt.
Audiuit deus ⁊ spreuit: ⁊ ad nichilum redegit
ualde isrl'.
Et repulit tabernaculum sylo: tabernaculū
suum ubi habitauit in hominib;.
Et tradidit in captiuitatem uirtutem eorum:
⁊ pulchritudinem eoꝝ in manus inimici.
Et conclusit in gladio pplm suum: ⁊ heredita
tem suam spreuit.
Iuuenes eorum comedit ignis: ⁊ uirgines eoꝝ
n̄ sunt lamentate
Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt: ⁊ ui

uidue eorum nō plorabantur.
Et excitatus est tanqm̄ dormiens dominus:
tanqm̄ potens crapulatus a uino.
Et percussit inimicos suos in posteriora: ob
probrium sempiternum dedit illis.
Et repulit tabernaculum ioseph: et tribum
effraim non elegit.
Sed elegit tribum iuda: montem syon
quem dilexit.
Et edificauit sicut unicornium sanctificium
suum in terra quam fundauit in secula.
Et elegit dauid seruum suum: et sustulit
eum de gregibus ouium: de post fetantes
accepit eum.
Pascere iacob seruum suum: et israel hereditatem suam.
Et pauit eos in innocentia cordis sui: et in

tellectibus manuum suarum
deduxit eos.
Deus uenerunt gentes in he

hic clamat propheta ad dominum pro conculcatione ecclesie
et pro sanguinis effusione populi

reditatem tuam: polluerunt templum
sc̄m tuum: posuerunt ier̄lm in pomorum
custodiam.
Posuerunt morticina seruorum tuorum
escas uolatilib; celi: carnes sanctorum
tuorum bestiis terre.
Effuderunt sanguinem eorum tanquam
aquam. in circuitu ier̄lm: ⁊ non erat qui
sepeliret.
Facti sumus obprobriū uicinis nr̄is: subsa-
natio ⁊ illusio his qui in circuitu nr̄o sūt.
Usq; quo domine irasceris in finem: accendetur
uelut ignis zelus tuus.
Effunde iram tuam in gentes que te nō
nouerunt: ⁊ in regna que nomen tuum
n̄ inuocauerunt.
Quia comederunt iacob: ⁊ locum eius de-
solauerunt.
Ne memineris iniquitatum nr̄arum an-
tiquarum: cito anticipent nos misericordie tue:

quia pauperes facti sumus nimis.

Adiuua nos deus salutaris noster: et propter glo-
riam nominis tui domine libera nos: et pro-
pitius esto peccatis nostris propter nomen tuum:
Ne forte dicant in gentibus ubi est deus eorum:
et innotescant in nationibus coram oculis nostris:
Ultio sanguinis seruorum tuorum qui ef-
fusus est: introeat in conspectu tuo gemitus
compeditorum.
Secundum magnitudinem brachii tui: posside
filios mortificatorum.
Et redde uicinis nostris septuplum in sinu eorum:
improperium ipsorum quod exprobrauerunt
tibi domine.
Nos autem populus tuus et oues pascue tue: con-
fitebimur tibi in seculum.
In generatione et generationem: annuntiabimus
laudem tuam.

Qui regis israel intende: qui dedu-
cis uelut ouem ioseph.

Hic sermo prophete dirigitur ad dominum qui inuitat eum
ut ueniat et a populo suo superfluitates et pecca-
ta precidat

Qui sedes super cherubin manifestare coram
ephraym beniamin 7 manasse.
Excita potentiam tuam 7 ueni: ut saluos
facias nos.
Deus conuerte nos: 7 ostende faciem tuam
7 salui erimus.
Domine deus uirtutum: quo usq; irasceris
super orationem serui tui.
Cibabis nos pane lacrimarum: 7 potum da
bis nobis in lacrimis in mensura.
Posuisti nos in contradictionem uicinis no
stris: 7 inimici nostri subsannauerunt nos.
Deus uirtutum conuerte nos: 7 ostende faci
em tuam 7 salui erimus.
Vineam de egypto transtulisti: eiecisti gen
tes 7 plantasti eam.
Dux itineris fuisti in conspectu eius: 7 plan
tasti radices eius 7 impleuit terram.
Operuit montes umbra eius: 7 arbusta eius
~~sicut~~ cedros dei.

Extendit palmites suos usque ad mare: usque
ad flumen propagines eius.
Ut quid destruxisti maceriem eius: et vindemiant eam omnes qui pretergrediuntur viam.
Exterminavit eam aper de silva: et singularis
ferus depastus est eam.
Deus virtutum convertere: respice de celo
et vide: et visita vineam istam.
Et perfice eam quam plantavit dextera tua: et super filium hominis quem confirmasti tibi.
Incensa igni et suffossa: ab increpatione
vultus tui peribunt.
Fiat manus tua super virum dextere tue:
et super filium hominis quem confirmasti tibi.
Et non discedimus a te: vivificabis nos:
et nomen tuum invocabimus.
Domine deus virtutum converte nos: et ostende faciem tuam et salvi erimus.



xultate deo ad
iutori nr̄o: iubi
late deo iacob.
Sumite psal
mum et date tym
panum: psalte
rium iocundum
cum cythara.
Buccinate in neomenia tuba: in insigni
die sollempnitatis nr̄e
Quia preceptum in isrl̄ est: et iudicium
deo iacob.
Testimonium in ioseph posuit illud cum
exiret de terra egypti linguam quam
non noverat audivit.
Divertit ab oīb; dorsum eius: manus eius
in cophino servierunt.
In tribulatione invocasti me et libavi te ex
audivi te in abscondito tempestatis pro
bavi te apud aq̄m contradictionis.

ħ ppha pposit
cuiusdā sollēp
tatis ymagin
electos ad cele
tatem inuita

Audi ppl's meus et contestabor te: israel si audieris me non erit in te deus recens neque adorabis ~~deos alienos~~ deum alienum

Ego enim sum dominus deus tuus qui eduxi te de terra egypti: dilata os tuum et implebo illud.

Et non audiuit ppl's meus uocem meam: israel non intendit michi.

Et dimisi eos secundum desideria eorum cordis ibunt in adinuentionibus suis.

Si ppl's meus audisset me: israel si in uiis meis ambulasset.

Pro nichilo forsitan inimicos eorum humiliassem: et super tribulantes eos misissem manum meam

Inimici domini mentiti sunt ei: et erit tempus eorum in secula.

Et cibauit eos ex adipe frumenti: et de petra melle saturauit eos.

hic propheta nos ammon
net credere xpm ue
dm esse et hominem

Deus stetit in synagoga deorum:
in medio autem deos diiu
dicat.
Usq; quo iudicatis iniquitatem: ⁊ facies pec
catorum sumitis.
Iudicate egeno ⁊ pupillo: humilem ⁊ pau
perem iustificate.
Eripite pauperem: ⁊ egenum de manu pecca
tis liberate.
Nescierunt neq; intellexerunt in tenebris
ambulant: mouebuntur omnia fun
damenta terre.
Ego dixi dii estis: ⁊ filii excelsi omnes.
Vos autem sicut homines moriemini: ⁊ si
cut unus de principibus cadetis.
Surge deus iudica terram: quoniam tu hereditabis
in omnibus gentibus.
Deus quis similis erit tibi: ne tace
as. neq; compescaris deus.
Quoniam ecce inimici tui sonue

hic propheta malos dehortatur a persecutione bonorum.
bonos ii monet ad patientiam

nt. ⁊ qui oderunt te extulerunt caput.
Super p̄pl'm tuum malignauerunt con
ſilium. ⁊ cogitauerunt aduerſ9 ſc̄os tuos.
Dixerunt uenite. ⁊ diſp̄damus eos de gente.
⁊ n̄ memoretur nomen iſrl' ultra.
Qm̄ cogitauerunt unanimit̄ ſimul ad
ūſum te teſtam̄tum diſpoſuerunt tab
nacula ẏdumeorum ⁊ ẏſmaelite
Moab. ⁊ agareni. gebal ⁊ amon ⁊ amalech.
alienigene cum habitantibꝫ tẏrum.
Et enim aſſur uenit cum illiſ. fc̄i ſunt in
adiutorium filiis loth.
Fac illiſ ſicut madian ⁊ ẏſare. ſicut ia
bin in torrente cẏſon.
Diſpierūt in endor. fc̄i ſunt ut ſtercus t̄re.
Pone principes eoꝝ ſicut oreb ⁊ zeb. ⁊ ze
bee ⁊ ſalmana.
Omīs principes eoꝝ qui dixerūt hereditate p̄
ſideamus ſanctuarium dei.
Ds̄ mīs pone illos ut rotam. ⁊ ſicut ſtipulā

ante faciem uenti.
Sicut ignis qui comburit siluam: et sicut flamma comburens montes.
Ita persequeris illos in tempestate tua: et in ira tua turbabis eos.
Imple facies eorum ignominia: et querent nomen tuum domine.
Erubescant et conturbentur uehementer in seculum seculi: et confundantur et pereant.
Et cognoscant quia nomen tibi dominus: tu solus altissimus in omni terra.
Quam dilecta tabernacula tua domine uirtutum: concupiscit et deficit anima mea in atria domini.
Cor meum et caro mea: exultauerunt in deum uiuum.
Etenim passer inuenit sibi domum: et turtur nidum sibi ubi ponat pullos suos.
Altaria tua domine uirtutum: rex meus et deus meus.
hic propheta suspirans orat pro torcularibus chore

Beati qui habitant in domo tua domine: in
secula seculorum laudabunt te.
Beatus uir cuius est auxilium abs te: ascensio
nes in corde suo disposuit in ualle lacrimarum:
in loco quem posuit.
Etenim benedictionem dabit legislator: i
bunt de uirtute in uirtutem uidebitur
deus deorum in syon.
Domine deus uirtutum exaudi orationem me
am: auribus percipe deus iacob.
Protector noster aspice deus: et respice in fa
ciem xpi tui.
Quia melior est dies una in atriis tuis su
per milia.
Elegi abiectus esse in domo dei mei: magis
quam habitare in tabernaculis peccatorum.
Quia misericordiam et ueritatem diligit deus: gratiam
et gloriam dabit dominus.
Non priuabit bonis eos qui ambulant in in
nocentia: domine uirtutum beatus ho

mo qui sperat in te.



Benedixisti domine terram tuā: auertisti captiuitatē iacob.

Remisisti iniquitatem plebis tue: operuisti omnia pc̄ta eoꝝ.

Mitigasti omnem iram tuam: auertisti ab ira indignationis tue.

Conuerte nos deus salutaris noster: et auerte iram tuam a nobis.

Numquid in eternum irasceris nob: aut extendes iram tuam a generatiōe in generationē.

Deus tu conuersus uiuificabis nos: et plebs tua letabitur in te.

Ostende nob domine misericordiam tuam: et salutare tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in me dominus deus: qm loquetur pacem in plebem suā.

Et super sanctos suos: et in eos qui conuertuntur ad cor.

Uerumptn prope timentes eum salutare

Iste ps ē tri de pri
aduentu xi t me
nos ppha p fidē a
tere ad benedic
nem recipienda

propius ut inhabitet gloria in terra nostra.
Misericordia et ueritas obuiauerunt sibi: iusticia
et pax osculate sunt.
Veritas de terra orta est: et iusticia de celo pro
spexit.
Etenim dominus dabit benignitatem: et ter
ra nostra dabit fructum suum.
Iusticia ante eum ambulabit: et ponet in
uia gressus suos.



hic xpc in forma qui humiliter orans ad patrem: nos inuitat ad orationem

Inclina domine aurem tuam et exaudi
me: quoniam inops et pauper sum ego.
Custodi animam meam quoniam sanctus sum:
saluum fac seruum tuum deus meus spe
rantem in te.
Miserere mei domine quoniam ad te clamaui
tota die: letifica animam serui tui: quoniam ad
te domine animam meam leuaui.
Quoniam tu domine suauis et mitis: et multe mi
sericordie omnibus inuocantibus te.
Auribus percipe domine orationem meam: et

Intende uoci depcationis mee.
In die tribulonis mee clamaui ad te: qr
exaudisti me.
Non est similis tui in diis domine: et non
est sedm opera tua.
Omnes gentes quascumque fecisti uenient
et adorabunt coram te domine: et glorifica
bunt nomen tuum.
Qm magnus es tu et faciens mirabilia: tu es
deus solus.
Deduc me domine in uia tua: et ingrediar
in ueritate tua: letetur cor meum ut time
at nomen tuum.
Confitebor tibi domine in toto corde meo: et
glorificabo nomen tuum in eternum.
Quia misericordia tua magna est super me: et
eruisti animam meam ex inferno inferiori.
Ds iniqui insurrexerunt supr me: et synago
ga potentium quesierunt animam meā:
et non psuerunt te in conspectu suo.

Et tu domine deus miſerator ⁊ miſericors: pati
enſ ⁊ multe miſericordie ⁊ uerax.
Reſpice in me ⁊ miſerere mei: da imperium tuum
puero tuo: ⁊ ſaluum fac filium ancille tue.
Fac mecum ſignum in bono ut uideant qui o
derunt me ⁊ confundantur: quia tu domi
ne adiuuiſti me ⁊ conſolatuſ es me.

ic propheta tractanſ de
eleſti ciuitate ieruſalem
oſ inuitat ad amo
em eius



Fundamenta eiuſ in montibuſ
ſanctiſ: diligit dominuſ portas
ſyon ſuper omnia tabernacu
la iacob.
Glorioſa dicta ſunt de te: ciuitaſ dei.
Memor ero raab ⁊ babyloniſ: ſcienti
um me.
Ecce alienigene ⁊ tyruſ ⁊ populuſ ethyo
pum: hii fuerunt illic.
Numquid ſyon dicet homo ⁊ homo natuſ
eſt in ea: ⁊ ipſe fundauit eam altiſſimuſ.
Dominuſ narrabit in ſcripturiſ populorum
⁊ principum: horum qui fuerunt in ea.

Sicut letancium omnium: habitacio est in te.

Domine deus salutis mee: in die clamaui et nocte coram te.

Intret in conspectu tuo oracio mea: inclina aurem tuam ad precē meā.

Quia repleta est malis anima mea: et uita mea inferno appropinquauit.

Estimatus sum cum descendentibus in lacū: factus sum sicut homo sine adiutorio int̄ mortuos liber.

Sicut uulnerati dormientes in sepulchris quorum n̄ es memor amplius: et ipsi de manu tua repulsi sunt.

Posuerunt me in lacu inferiori: in tenebrosis et in umbra mortis.

Sup̄ me confirmatus est furor tuus: et om̄s fluctus tuos induxisti super me.

Longe fecisti notos meos a me: posuerunt me abhominacionem sibi.

hic x̄ in forma s…
p̄cat auxiliū q…
ab inimicis su…
se uidet cōtemp…

Traditus sum ego ⁊ n̄ egrediebar:· oculi
mei languerunt pre inopia
Clamaui ad te domine:· tota die expan
di ad te manus meas.
Numquid mortuis facies mirabilia:· aut
medici suscitabunt ⁊ confitebunt͛ t͛.
Numquid narrabit aliquis in sepulchro
misericordiam tuam:· ⁊ ueritatem tuam in
perditionem
Numquid cognoscentur in tenebris mi
rabilia tua:· ⁊ iusticia tua in terra obli
uionis.
Et ego ad te domine clamaui:· ⁊ mane o
racio mea preueniet te.
Ut quid domine repellis orationem meā:·
auertis faciem tuam a me.
Pauper sum ego ⁊ in laborib; a iuuentute
mea:· exaltatus autem humiliatus sum
⁊ conturbatus.
In me transierunt ire tue:· ⁊ terrores tui ꝯ

turbauerunt me.
Circumdederunt me sicut aqua tota die: circumdederunt me simul.
Elongasti a me amicum et proximum: et notos meos a miseria.
Misericordias domini in eternum cantabo ~~in ore meo~~.
In generatione et generationem: annunciabo ueritatem tuam in ore meo.
Quoniam dixisti in eternum misericordia edificabitur in celis: preparabitur ueritas tua in eis.
Disposui testamentum electis meis: iuraui dauid seruo meo usque in eternum preparabo semen tuum.
Et edificabo in generatione et generationem sedem tuam.
Confitebuntur celi mirabilia tua domine: etenim ueritatem tuam in ecclesia sanctorum.
Quoniam quis in nubibus equabitur domino: similis erit deo in filiis dei.

hic propheta de misericordia et ueritate dei se cantaturum promittit ¶ Intellectus ethan israelite

Deus qui glorificatur in consilio sanctorum: magnus et terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt.
Domine deus uirtutum quis similis tibi: potens es domine et ueritas tua in circuitu tuo.
Tu dominaris potestati maris: motum autem fluctuum eius tu mitigas.
Tu humiliasti sicut uulneratum superbum: in brachio uirtutis tue dispersisti inimicos tuos.
Tui sunt celi et tua est terra: orbem terre et plenitudinem eius tu fundasti: aquilonem et mare tu creasti.
Thabor et hermon in nomine tuo exultabunt: tuum brachium cum potentia.
Firmetur manus tua et exaltetur dextera tua: iusticia et iudicium preparacio sedis tue.
Misericordia et ueritas precedent faciem tuam: beatus populus qui scit iubilacionem.
Domine in lumine uultus tui ambulabunt: et in nomine tuo exultabunt tota die: et i

Et in iusticia tua exaltabuntur.
Quoniam gloria uirtutis eorum tu es: et in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.
Quia domini est assumptio nostra: et sancti israhel regis nostri.
Tunc loquutus est in uisione sanctis tuis: et dixisti. posui adiutorium in potente: et exaltaui electum de plebe mea.
Inueni dauid seruum meum: oleo sancto meo unxi eum.
Manus enim mea auxiliabitur ei: et brachium meum confirmabit eum.
Nichil proficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis non apponet nocere ei.
Et concidam a facie ipsius inimicos eius: et odientes eum in fugam conuertam.
Et ueritas mea et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius.
Et ponam in mari manum eius: et in fluminibus dexteram eius.

Ipse inuocauit me pat̄ mīs es tu: dēs mīs
7 susceptor salutis mee.
Et ego primogenitum ponam illum: excel
sum pre regib; terre.
In eternum seruabo illi misericordiam meam:
7 testamentum meum fidele ipsi.
Et ponam in seculum seculi semen eius: 7 tro
num eius sicut dies celi.
Si autem dereliquerint filii eius legē me
am: 7 in iudiciis meis n̄ ambulauerint.
Si iusticias meas prophanauerint: et
mandata mea nō custodierint.
Uisitabo in uirga iniquitates eorum: 7 in
uerberib; pcc̄a eorum.
Misericordiam autem meam n̄ dispgam ab eo:
neq; nocebo in ūitate mea.
Neq; prophanabo testamentū meum: 7
que procedunt de labiis meis non faciā
irrita.
Semel iuraui in sc̄o meo si dd̄ mentiar: se

Semen eius in eternum manebit.
Et thronus eius sicut sol in conspectu meo: et sicut luna perfecta in eternum, et testis in celo fidelis.
Tu vero repulisti et despexisti: distulisti christum tuum.
Evertisti testamentum servi tui: prophanasti in terra sanctuarium eius.
Destruxisti omnes sepes eius: posuisti firmamentum eius formidinem.
Diripuerunt eum omnes transeuntes viam: factus est opprobrium vicinis suis.
Exaltasti dexteram deprimentium eum: letificasti omnes inimicos eius.
Avertisti adiutorium gladii eius: et non es auxiliatus ei in bello.
Destruxisti eum ab emundatione: et sedem eius in terra collisisti.
Minorasti dies temporis eius: perfudisti eum confusione.

Usquequo domine auertis in finem: exardes-
cet sicut ignis ira tua.
Memorare que mea substantia: nunquid
enim uane constituisti omnes filios
hominum.
Quis est homo qui uiuet et non uidebit mor-
tem: eruet animam suam de manu inferi.
Ubi sunt misericordie tue antique domine:
sicut iurasti dauid in ueritate tua.
Memor esto domine opprobrii seruorum tuorum:
quod continui in sinu meo multarum
gentium.
Quod exprobrauerunt inimici tui domine:
quod exprobrauerunt commutationem xpi tui.
Benedictus dominus in eternum: fiat fiat.

…o moysi in hoc
psalmo tractantur
que in ueteri testamento
…o per moysen data
fuerunt

Domine refugium factus es nobis:
a generatione in generationem.
Priusquam montes fierent
aut formaretur terra et orbis: a seculo
et in seculum tu es deus.

Ne avtas hominem in humilitatem: ⁊ di
xisti conūtimini filij hominum.
Qm̃ mille anni ante oculos tuos: tanq̃m
dies hesterna que preteriit.
Et custodia in nocte que pro nichilo habent̃
eorum anni erunt.
Mane sicut herba transeat: mane floreat
⁊ transeat: vespere decidat induret et
arescat.
Quia defecimus in ira tua: ⁊ in furore tuo t̄
bati sumus.
Posuisti iniquitates nr̃as in conspectu tuo:
seclm nr̃m in illuminatione vultus tui.
Qm̃ omnes dies nr̃i defecerunt: ⁊ in ira tua
defecimus
Anni nr̃i sicut aranea meditabuntur:
dies annorum nr̃orum in ipsis septua
ginta anni
Si autem in potentatib; octoginta anni:
⁊ amplius eorum labor ⁊ dolor.

Quoniam superuenit mansuetudo: et corripiemur.
Quis nouit potestatem ire tue: et pre timore tuo iram tuam dinumerare.
Dexteram tuam sic notam fac: et eruditos corde in sapientia.
Conuertere domine usque quo: et deprecabilis esto super seruos tuos.
Repleti sumus mane misericordia tua: et exultauimus et delectati sumus in omnibus diebus nostris.
Letati sumus pro diebus quibus nos humiliasti: annis quibus uidimus mala.
Respice in seruos tuos et in opera tua: et dirige filios eorum.
Et sit splendor domini dei nostri super nos: et opera manuum nostrarum dirige super nos: et opus manuum nostrarum dirige.



Qui habitat in adiutorio altissimi: in protectione dei celi commorabitur.

Hic nos docet propheta exemplo saluatoris temptationes superare.

Dicet domino susceptor meus es tu: et refu
gium meum deus meus sperabo in eum.
Quoniam ipse liberavit me de laqueo venancium:
et a verbo aspero.
Scapulis suis obumbrabit tibi: et sub pennis
eius sperabis.
Scuto circumdabit te veritas eius: non ti
mebis a timore nocturno.
A sagitta volante in die a negocio per
ambulante in tenebris: ab incursu et demo
nio meridiano.
Cadent a latere tuo mille: et decem mi
lia a dextris tuis: ad te autem non ap
propinquabit.
Verumptamen oculis tuis considerabis: et retri
bucionem peccatorum videbis.
Quoniam tu es domine spes mea: altissimum
posuisti refugium tuum.
Non accedet ad te malum: et flagellum
non appropinquabit tabernaculo tuo.

Qm̄ angelis suis mandauit de te: ut custo
diant te in omnib; uijs tuis.
In manibus portabunt te: ne forte offē
das ad lapidem pedem tuum.
Super aspidem ⁊ basiliscum ambulabis:
⁊ conculcabis leonem ⁊ draconem.
Qm̄ in me sperauit liberabo eum: prote
gam eum qm̄ cognouit nomen meū.
Clamauit ad me ⁊ ego exaudiam eum:
cum ipso sum in tribulatione: eripiam eū
⁊ glorificabo eum.
Longitudine dierum replebo eum: ⁊ ostē
dam illi salutare meum.
Bonum est confiteri domino:
⁊ psallere nomini tuo altis
sime.
Ad annunciandum mane misericordiam
tuam: ⁊ ueritatem tuam p noctem.
In decacordo psalterio: cum cantico in
cythara.

hic psalmista sciens omnia bene esse disposita
a deo nos ammonet sabbatum mentis
custodire

Quia delectasti me domine in factura
tua: et in operibus manuum tuarum ex
ultabo me.

Quam magnificata sunt opera tua domine:
nimis profunde facte sunt cogitationes tue.
Vir insipiens non cognoscet: et stultus non
intelliget hec. sericordia uberi
Cum exorti fuerint peccatores sicut
fenum et apparuerint omnes
qui operantur iniquitatem. +

+ Vt intereant in sclm scli tu autem altissimus in eternum dñe. Q[uonia]m ecce inimic[i] tui domine qm ecce inimici tui p[eri]bunt: et di[s]pergentur omnes qui operantur iniquitate.

Et exaltabitur sicut unicornis cor
nu meum: et senectus mea in mi
Et despexit oculus meus inimicos me
os: et insurgentibus in me malig
nantibus audiet auris mea.
Iustus ut palma florebit sicut ce
drus libani multiplicabitur.
Plantati in domo domini: in atriis domus
dei nostri florebunt.
Adhuc multiplicabuntur in senecta u

Liberi: ⁊ bñ patientes erunt ut ãnuntient

Qm̃ rectus dominus deus noster: ⁊ non ē iniquitas in eo.

hic ꝓpħa nos docet constanter u̾tutes dei narrare

Dominus regnauit decorem indutus est: indutus est dñs fortitudinē. ⁊ precinxit se.

Et enim firmauit orbem terre: qui nō commouebitur.

Parata sedes tua ~~deus~~ ex tūc a selō tu es.

Eleuauerunt flumina domine: eleuauerunt flumina uocem suam.

Eleuauerunt flumina fluctus suos: a uocibꝫ aquarū multarū.

Mirabiles elōnes maris: mirabilis in altis dominus.

Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: domū tuā decet scitudo dñe in lōgitudinem dierum.

Deus ultionum dñs: ds̄ ultionū libere egit.

hic uindicat se ꝓpħa de illis qui deum blasphemant

Exaltare qui iudicas terram: redde retri
butionem superbis
Usque quo peccatores domine: usque quo pec
catores gloriabuntur
Effabuntur et loquentur iniquitatem:
loquentur omnes qui operantur iniusticiam.
Populum tuum domine humiliauerunt:
hereditatem tuam uexauerunt
Uiduam et aduenam interfecerunt: et pupil
los occiderunt
Et dixerunt non uidebit dominus: nec intel
liget deus iacob
Intelligite insipientes in populo: et stulti ali
quando sapite.
Qui plantauit aurem non audiet: aut qui fin
xit oculum non considerat.
Qui corripit gentes non arguet: qui docet ho
minem scientiam
Dominus scit cogitationes hominum: quo
niam uane sunt.

Beatus homo quem tu erudieris dn̄e: et de
lege tua docueris eum.
Ut mitiges eum a dieb; mal': donec fodia
tur peccatori fovea.
Quia n̄ repellet dominus plebem suam:
et hereditatem suam non derelinquet.
Quoadusq; iusticia convertatur
in iudicium: et qui iuxta illam om̄s
qui recto sunt corde.
Quis consurget m̄ adv̄sus malignan
tes: aut quis stabit mecum advers᷒
operantes iniquitatem.
Nisi quia dominus adiuvit me: paulo
minus habitasset in inferno aīa mea.
Si dicebam motus est pes meus: mīa
tua domine adiuvabat me.
Secdm̄ multitudinem dolorum meoꝝ
in corde meo: consolationes tue leti
ficaverunt animam meam.
Numquid adheret tibi sedes iniquitatis:

qui fingis laborem in precepto.
Captabunt in animam iusti: et sanguinem
innocentem condempnabunt.
Et factus est michi dominus in refugium:
et deus meus in adiutorium spei mee.
Et reddet illis iniquitatem ipsorum: et in ma
licia eorum disperdet eos: disperdet illos do
minus deus noster.

Venite exultemus domino: iu
bilemus deo salutari nostro.
Preoccupemus faciem eius
in confessione: et in psalmis iubilemus ei.
Quoniam deus magnus dominus: et rex mag
nus super omnes deos.
Quia in manu eius sunt omnes fines ter
re: et altitudines montium ipsius sunt.
Quoniam ipsius est mare et ipse fecit illud: et sic
cam manus eius formauerunt.
Venite adoremus et procidamus ante de
um: ploremus coram domino qui fecit nos.

h. propheta iudeos quos preuidebat esse xpo contra
rios ne corda eorum indurarent inuitat ad
laudem

quia ipse est ~~dominus~~ deus noster.
Et nos populus pascue eius: ⁊ oues manus eius
Hodie si uocem eius audieritis: nolite obdurare
corda uestra.
Sicut in irritatione secundum diem temptationis
in deserto: Ubi temptauerunt me patres ue-
stri probauerunt ⁊ uiderunt opera mea.
Quadraginta annis offensus fui generationi il-
li: ⁊ dixi semper hii errant corde.
Et isti non cognouerunt uias meas: ut iuraui
in ira mea si introibunt in requiem meam.

Ps. dauid omnis inuitat
ad laudem pro reedi-
ficatione domus dei



Cantate domino canticum nouum:
cantate domino omnis terra.
Cantate domino ⁊ benedicite
nomini eius: annuntiate de die in diem
salutare eius.
Annuntiate inter gentes gloriam eius: in
omnibus populis mirabilia eius.
Quoniam magnus dominus ⁊ laudabilis nimis:
terribilis est super omnes deos.

Quoniam omnes dii gentium demonia: dominus
autem celos fecit.
Confessio & pulchritudo in conspectu eius:
sanctimonia & magnificentia in sanctifica
tione eius.
Afferte domino patrie gentium afferte
domino gloriam & honorem: afferte domino
gloriam nomini eius.
Tollite hostias & introite in atria eius: ado
rate dominum in atrio sancto eius.
Commoueatur a facie eius uniuersa terra: di
cite in gentibus quia dominus regnauit.
Etenim correxit orbem terre qui non commo
uebitur: iudicabit populos in equitate.
Letentur celi & exultet terra: commouea
tur mare & plenitudo eius: gaudebunt
campi & omnia que in eis sunt.
Tunc exultabunt omnia ligna siluarum
a facie domini quia uenit: quoniam uenit
iudicare terram.

Iudicabit orbem terre in equitate: et ppl'os
in ueritate sua.



In hoc ps̄ continē
t laudes xp̄i hic eo qr
restituta est ei tra
sua scilicet iudea

Dominus regnauit exultet terra:
letentur insule multe.
Nubes et caligo in circuitu ei:
iusticia et iudicium correctio sedis eius.
Ignis ante ipsum precedet: et inflāmabit
in circuitu inimicos eius.
Alluxerunt fulgura eius orbi terre: uidit
et commota est terra.
Montes sicut cera fluxerunt a facie dn̄i:
a facie dn̄i omnis terra.
Annuntiauerunt celi iusticiam eius: et
uiderunt omnes ppl'i gl'iam eius.
Confundantur omnes qui adorāt scul
ptilia: et qui gl'iantur in symulacris
suis.
Adorate eū om̄s angli eius: audiuit et
letata est syon.
Et exultauerunt filie iude: propter iu

dicia tua dñe.

Qm tu dñs altissimus sup oem trãm: ni
mis exaltatus es sup omnes deos.

Qui diligitis dñm odite malum: custodit
dominus animas scõrum suorũ de ma
nu pccõris libauit eos.

Lux orta est iusto: et rectis corde leticia.

Letamini iusti in domino: et confitemi
ni memorie sctificationis eius.



Cantate domi
no canticum
nouum: quia
mirabilia fecit.

Saluauit sibi
dextera eius: et
brachium sanc
tum eius.

Notum fecit dominus salutare suum:
in conspectu gentium reuelauit iusti
ciam suam.

Vos dicit pphã q̃ olim uetes ī adam fuistis:
nū p grãm in x̃ renouati: agite leticiam.

Recordatus est misericordie sue: et ueritatis sue do
mui israel.
Viderunt omnes termini terre salutare dei
nostri: iubilate deo omnis terra: canta
te et exultate et psallite.
Psallite domino in cythara in cythara
et uoce psalmi: in tubis ductilibus et uoce
tube cornee.
Iubilate in conspectu regis domini mo
ueatur ~~moueatur~~ mare et plenitudo eius:
orbis terrarum et qui habitant in eo.
Flumina plaudent manu simul montes
exultabunt a conspectu domini: quoniam ue
nit iudicare terram.
Iudicabit orbem terrarum in iusticia: et populos
in equitate.



Dominus regnauit irascantur
~~irascantur~~ populi: qui sedes super
cherubin moueatur terra.
Dominus in syon magnus: et excelsus su

hic propheta nos ammonet ut christum tanquam dominum a
doremus: et uelut regem exaltemus

p omnes pplos.

Confiteantur nomini tuo magno qm̄ t
ribile. 7 sanctum est: 7 honor regis iudiciū
diligit.

Tu parasti directiones: iudicium 7 iusticiā
in iacob tu fecisti.

Exaltate dominum deum nostrum: 7 ado
rate scabellum pedum ei⁹ qm̄ scm̄ est.

Moyses 7 aaron in sacerdotib; eius: 7 sa
muel inter eos qui inuocant nomen ei⁹

Inuocabant dominum: 7 ipse exaudiebat
eos: in columpna nubis loquebat' ad eos

Custodiebant testimonia eius: 7 pceptū
qd dedit ill'.

Domine deus nr̄ tu exaudiebas eos: ~~tu eos~~
ds tu propicius fuisti eis: 7 ulciscens in
oms adinuentiones eorum.

Exaltate dominum deum nostrum:
7 adorate in monte sc̄o eius: qm̄ scs̄
dominus ds nr̄.

hic propheta nos docet humiliter peccata nostra confiteri ⁊ deum laudari

Iubilate deo omnis terra: seruite do
mino in leticia.
Introite in conspectu eius: in exul
tacione.
Scitote quoniam dominus ipse est deus: ip
se fecit nos ⁊ non ipsi nos.
Populus eius ⁊ oues pascue eius introite
portas eius in confessione: atria eius in
hymnis confitemini illi.
Laudate nomen eius quoniam suauis est do
minus: in eternum misericordia eius ⁊ usque in
generatione ⁊ generationem ueritas eius.



Misericordiam ⁊ iudicium cantabo t̄
domine psallam ⁊ intelligam
in uia immaculata quando
uenies ad me.
Perambulabam in innocentia cordis mei:
in medio domus mee.
Non proponebam ante oculos meos rem i
iustam: facientes preuaricationes odiui.

hic anima fidelis innocentie compata promittit se dei mandata custodire.

Non adhesit michi cor prauum: declinantē
a me malignum n̄ cognoscebam
Detrahentem secreto proximo suo: hunc p̄sequebar.
Superbo oculo et insaciabili corde: cum hoc non
edebam.
Oculi mei ad fideles terre ut sedeant mecum:
ambulans ī uia immaculata. hic michi
ministrabat.
Non habitabit in medio domus mee qui fa
cit superbiam: qui loquitur iniqua n̄ dire
xit in conspectu oculorum meorum.
In matutino interficiebam om̄s peccatores terre: ut
disperderē de ciuitate dn̄i om̄s opantes iniq̄tatē.



Domine exaudi orationem
meam: et clamor meus
ad te ueniat.
Non auertas faciem
tuam a me: in quacumq;
die tribulor inclina ad me aurem tuam
In quacumq; die inuocauero te: uelociter

Propheta in miseriis deiectus p peccato primi hominis dum
anxiaretur: ut eas euaderet: preces fudit ad
dominum

exaudi me.
Quia defecerunt sicut fumus dies mei: et os
sa mea sicut cremium aruerunt.
Percussus sum ut fenum et aruit cor meum
quia oblitus sum comedere panem meum.
A voce gemitus mei: adhesit os meum carni
mee.
Similis factus sum pelicano solitudinis: fac
tus sum sicut nicticorax in domicilio.
Uigilaui et factus sum sicut passer solitarius in
tecto.
Tota die exprobrabant michi inimici mei:
et qui laudabant me aduersum me iurabant.
Quia cinerem tamquam panem manducabam: et
poculum meum cum fletu miscebam.
A facie ire indignationis tue: quia eleuans
allisisti me.
Dies mei sicut umbra declinauerunt: et ego
sicut fenum arui.
Tu autem domine in eternum permanes: et me

moriale tuum in gñatione: τ gñationem.
Tu exurgens misereberis syon: q̄r tempus mise
rendi eius quia uenit tempus.
Om̄ placuerunt seruis tuis lapides eius: τ ter
re eius miserebuntur.
Et timebunt gentes nom̄ tuum dñe: et om̄s
reges terre gl'iam tuam
Quia edificauit dominus syon: τ uidebit̄ ī
gloria sua
Respexit in or̄onem humilium: τ n̄ spreuit
precem eorum.
Scribantur hec in gñatione altera: τ pp̄ls q̄
creabitur laudabit dominum
Quia p̄spexit de excelso sc̄o suo: dominus de
celo in terram aspexit.
Ut audiret gemitus compeditor̄: ut solueret
filios interemptor̄
Ut annuntient in syon nomē domini: τ lau
dem eius in ier̄lm
In conueniendo pp̄los in unum: τ reges ut

seruiant domino

Respondit ei in uia uirtutis sue: paucitatem
dierum meorum nuncia michi.
Ne reuoces me in dimidio dierum meorum:
in generatione et generationem anni tui.
Initio tu domine terram fundasti: et opera ma
nuum tuarum sunt celi.
Ipsi peribunt tu autem permanes: et omnes sicut
uestimentum ueterascent.
Et sicut opertorium mutabis eos et mutabunt:
tu autem idem ipse es. et anni tui non deficient.
Filii seruorum tuorum habitabunt: et semen e
orum in seculum dirigetur.

Benedic anima mea domino: et
omnia que intra me sunt nomini
sancto eius.
Benedic anima mea domino: et noli obli
uisci omnes retributiones eius.
Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis:
qui sanat omnes infirmitates tuas.

hunc psalmum cecinit moyses: quando misit
eum dominus per desertum

Qui redimit de interitu uitā tuam: q̄ coronat
te in misc̄dia ⁊ miserōnib;
Qui replet in bonis desiderium tuum: reno
uabitur ut aquile iuuentus tua.
Faciens misc̄dias ⁊ iudicium omībȝ iniu
riam patientib;
Notas fecit uias suas moysi: filiis isrł uolu
tates suas
Miserator ⁊ misericors dominus: longanimis
⁊ multum misicors.
Nō in perpetuum irascetur: neq; in eternum
comminabitur.
Non secdm pcā nr̄a fecit nob: neq; secdm iniq
tates nr̄as retribuit nob
Qm̄ secdm altitudinem celi a terra: corro
borauit mīam suam sup timentes se.
Quantum distat ortus ab occidente: longe
fecit a nob iniquitates nr̄as.
Quomodo miseretur pater filiorum mise
tus est dominus timentibȝ se: qm̄ ipse co

gnouit figmentum n̄rm.
Recordatus est q̄m puluis sumus: homo si
cut fenum dies eius: tanq̄m flos agri sic ef
florebit.
Qm̄ sp̄s pertransibit in illo et n̄ subsistet: et
n̄ cognoscet amplius locum suum.
Mi̅sc̅dia autem domini ab et̄no et usq; in
et̄num sup timentes eum.
Et iusticia illius in filios filiorum: his qui ser
uant testam̄tum eius.
Et memores sunt mandatorum eius: ad
faciendum ea.
Dominus in celo parauit sedem suā: et reg
nū ipsius omnibȝ dominabit̄.
Benedicite domino om̄s angeli eius potē
tes uirtute facientes ūbum ei. ad audien
dam uocē s̄monum ei.
Benedicite domino omnes uirtutes eius:
ministri eius qui facitis uoluntatē ei.
Benedicite domino omnia op̄a eius in om̄i

loco dominationiſ eiuſ: benedic anima
mea domino

Benedic anima mea domino:
domine deus meus magnifi
catus es vehementer.
Confeſſionem et decorem induiſti: amic
tus lumine ſicut ueſtimento.
Extendens celum ſicut pellem: qui tegis
aquiſ ſuperiora eiuſ.
Qui poniſ nubem aſcenſum tuum: qui am
bulas ſuper pennas uentorum.
Qui faciſ angelos tuos ſpiritus: et miniſtros tuos
ignem urentem.
Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam:
non inclinabitur in ſeculum ſeculi.
Abyſſus ſicut ueſtimentum amictus eiuſ:
ſuper monteſ ſtabunt aque.
Aſcendunt monteſ: et deſcendunt campi:
in locum quem fundaſti eiſ.
Terminum poſuiſti quem non tranſgredientur:

hic propheta ſicut in precedenti pſalmo noſ monet dominum laudare

Ab increpatione tua fugient: uoce tonitrui tui formidabunt.

neque conuertentur operire terram.
Qui emittis fontes in conuallibus: inter medi
um montium pertransibunt aque.
Potabunt omnes bestie agri: expectabunt
onagri in siti sua.
Super ea uolucres celi habitabunt de me
dio petrarum dabunt uoces.
Rigans montes de superioribus suis: de fruc
tu operum tuorum saciabitur terra.
Producens fenum iumentis: et herbam ser
uituti hominum.
Et educas panem de terra: et uinum letificet
cor hominis.
Ut exhylaret faciem in oleo: et panis cor ho
minis confirmet.
Saturabuntur ligna campi et cedri lybani
quas plantauit: illic passeres nidificabunt.
Herodii domus dux est eorum: montes excel
si ceruis: petra refugium erinaciis.
Fecit lunam in tempora: sol cognouit occa

ſum ſuum.
Poſuiſti tenebras. ⁊ fcā eſt nox: in ipſa ptran
ſibunt omnes beſtie ſilue.
Catuli leonum rugientes ut rapiant: et q
rant a deo eſcam ſibi.
Ortus eſt ſol ⁊ congregati ſunt: ⁊ in cubilibꝫ
ſuis collocabuntur.
Exibit homo ad opus ſuum: ⁊ ad opatione
ſuam uſq; ad ueſpam.
Quam magnificata ſunt opa tua domine:
omnia in ſapientia feciſti: impleta eſt ter
ra poſſeſſione tua.
Hoc mare magnum ⁊ ſpacioſum ~~ualde~~ ma
nibꝫ: illic reptilia quoꝝ n̄ eſt numerus.
Animalia puſilla cum magnis: illic naues
ptranſibunt.
Draco iſte quem formaſti ad illudendum
ei: omnia a te expectant ut des illis eſcā
in tempore.
Dante te illis colligent: apiente te manū

tuam omnia implebuntur bonitate.
Avertente autem te faciem tuam turbabuntur: auferes spiritum eorum et deficient et in pulverem suum revertentur.
Emitte spiritum tuum et creabuntur: et renovabis faciem terre.
Sit gloria domini in seculum: letabitur dominus in operibus suis.
Qui respicit terram et facit eam tremere: qui tangit montes et fumigant.
Cantabo domino in vita mea: psallam deo meo quamdiu sum.
Iocundum sit ei eloquium meum: ego vero delectabor in domino.
Deficiant peccatores a terra et iniqui ita ut non sint: benedic anima mea domino.



Confitemini domino et invocate nomen eius: annuntiate inter gentes opera eius.
Cantate ei et psallite ei: narrate omnia

Hic david monet filios abrahe ut nullum preter dominum eligant adorare.

mirabilia eius: laudamini in nomīe
sancto eius.
Letetur cor q̄rentium dominum: querite
dominum ⁊ confirmamini: querite faci
em eius semper.
Mementote mirabilium eius q̄ fecit: ꝓdi
gia eius. ⁊ iudicia oris eius.
Semen abraam serui eius: filii iacob electi
eius.
Ipse dominus deus nr̄: in uniuersa terra iu
dicia eius.
Memor fuit in seculum testamenti sui: uer
bi qđ mandauit in mille ġnationes
Qđ disposuit ad abraam: ⁊ iuramēti sui
ad ysaac
Et statuit illud iacob in preceptum: ⁊ isrl̄
in testamentum et'num.
Dicens t̄ dabo t'ram chanaam: funiculum
hereditatis ur̄e.
Cum eēnt numero breui: paucissimi ⁊ in

cole eius.
Et pertransierunt de gente in gentem: et de regno ad populum alterum.
Non reliquid hominem nocere eis: et corripuit pro eis reges.
Nolite tangere xpos meos: et in prophetis meis nolite malignari.
Et uocauit famem sup terram: et omne firmamentum panis contriuit.
Misit ante eos uirum: in seruum uenum datus est ioseph.
Humiliauerunt in compedib; pedes eius: ferrum pertransiit animam eius. donec ueniret uerbum eius.
Eloquium domini inflammauit eum: misit rex et soluit eum: princeps populorum et dimisit eum.
Constituit eum dominum domus sue: et principem omnis possessionis sue.
Et erudiret principes eius sicut semet

Ipsum: & senes eius prudentiam doceret.
Et intrauit israel in egyptum: & iacob acco
la fuit in terra cham.
Et auxit populum suum vehementer: & firma
uit eum super inimicos eius.
Conuertit cor eorum ut odirent populum eius:
& dolum facerent in seruos eius.
Misit moysen seruum suum: aaron quem
elegit ipsum
Posuit in eis uerba signorum suorum & prodigiorum:
in terra cham.
Misit tenebras & obscurauit: & non exacerbauit
sermones suos.
Conuertit aquas eorum in sanguinem: & occidit
pisces eorum.
Et dedit terra eorum ranas: in penetrali-
bus regum ipsorum.
Dixit & uenit cynomia: & sciniphes in om
nibus finibus eorum
Posuit pluuias eorum in sanguinem: ig

nem comburentem in terra ipsorum.
Et percussit uineas eorum et ficulneas eorum: et
contriuit lignum finium eorum.
Dixit et uenit locusta: et bruchus cuius non
erat numerus.
Et comedit omne fenum in terra eorum:
et comedit omnem fructum terre eorum.
Et percussit omne primogenitum in terra eorum:
primitias omnis laboris eorum.
Et eduxit eos cum argento et auro: et non erat
in tribubus eorum infirmus.
Letata est egyptus in profectione eorum: quia in
cubuit timor eorum super eos.
Expandit nubem in protectionem eorum: et i
gnem ut luceret eis per noctem.
Petierunt et uenit eis coturnix: et pane celi
saturauit eos.
Disrupit petram et fluxerunt aque: abierunt
in sicco flumina.
Quoniam memor fuit uerbi sancti sui: quod habuit

ad abraam puerum suum.
Et eduxit ppl'm suum in exultatiōe: ⁊ electos
suos in leticia.
Ut custodiant iustificationes eius: ⁊ legē
eius requirant.
Confitemini domino qm̄ bon'.
quoniam in seculum misericordia
eius.
Quis loquetur potentias domini: auditas
faciet omnes laudes eius.
Beati qui custodiunt iudicium: ⁊ faciunt iu
sticiam in omni tp̄re.
Memento nr̄i domine in bn̄placito ppl'i tui: uisi
ta nos in salutari tuo.
Ad uidendum in bonitate electorum tuoꝝ:
ad letandum in leticia gentis tue: ut lau
deris cum hereditate tua.
Peccauimus cum patrib; nr̄is: iniuste egim
iniquitatem fecimus.
Patres nr̄i in egypto n̄ intellexerunt mi

uitulū adorante

Hic ppha rogat populum ut relicta patrum perfidia ad dei misericordiam conuertatur

Et dedit ill
regiones gen
tium: ⁊ labo
ppl'oꝝ pos
sede
rūt.

rabilia tua: n̄ fuerunt memores multitudinis mīe tue.

Et irritauerunt ascendentes in mare mare rubrum: ⁊ saluauit eos ꝓp nomē suum: ut notam faceret potentiam suam.

Et increpauit mare rubrum ⁊ exsiccatū ē: ⁊ deduxit eos in abyssis sicut in deserto.

Et saluauit eos de manu odientium: ⁊ redemit eos de manu inimici.

Et operuit aqua tribulantes eos: unus ex eis n̄ remansit.

Et crediderunt uerbis eius: ⁊ laudauerunt laudem eius.

Cito fecerunt oblita sunt operum eius: nō sustinuerunt consilium eius.

Et concupierunt concupiscentiam in deserto: ⁊ temptauerunt deum in inaquoso.

Et dedit eis petitionem ipsorum: ⁊ misit saturitatē in animas eorum.

Et irritauerunt moysen in castris: aaron san
ctum domini.
Aperta est terra & degluttiuit dathan: & ope
ruit super congregationem abyron.
Et exarsit ignis in synagoga eorum: flamma
combussit peccatores.
Et fecerunt uitulum in oreb: & adorauerunt
sculptile.
Et mutauerunt gloriam suam in similitu
dinem uituli comedentis fenum.
Obliti sunt deum qui saluauit eos: qui fecit ma
gnalia in egypto mirabilia in terra cham:
terribilia in mari rubeo.
Et dixit ut disperderet eos: si non moyses electus
eius stetisset in confractione in conspectu eius.
v Et auerteret iram eius ne disperderet eos: & pro ni
chilo habuerunt terram desiderabilem.
Non crediderunt uerbo eius: & murmuraue
runt in tabernaculis suis: non exaudierunt
uocem domini.

Et eleuauit manum suam super eos: ut p
sterneret eos in deserto.
Et ut deiceret semen eorum in nationibz:
7 dispergeret eos in regionibz
Et initiati sunt beelphegor: 7 comederut
sacrificia mortuorum.
Et irritauerunt eum in adinuentioni
bz suis: 7 multiplicata est in eis rui
na.
Et stetit phynees 7 placauit: 7 cessauit
quassatio.
Et reputatũ est ei in iusticiã: in generatione 7
generationẽ usqz in sempitnũ.
Et irritauerunt eum ad aquas contradic
tionis: 7 uexatus est moyses ꝑꝑ eos qr ex
acerbauerunt spm eius.
Et distinxit in labiis suis: n disperdiderunt
gentes q̃s dixit dominus illi.
Et commixti sunt inter gentes 7 didice
runt opa eorum 7 seruierunt sculpti

tilib; eor; ⁊ factū est illis in scandalum.
Et immolauerunt filios suos ⁊ filias
suas demoniis.
Et effuderunt sanguinem innocentem
sanguinem filiorum suorum ⁊ filiarū
suarum: quas sacrificauerunt sculp
tilib; chanaan.
Et interfecta est terra in sanguinibus:
⁊ contaminata est in opib; eor; ⁊ forni
cati sunt in adinuentionib; suis.
Et iratus est furore dominus in ppl'o suo: ⁊
abhominatus est hereditatem suam.
Et tradidit eos in manus gentium ⁊ dn̄a
ti sunt eorum qui oderunt eos.
Et tribulauerunt eos inimici eorum ⁊
humiliati sunt sub manib; eorum: se
pe liberauit eos.
Ipsi autem exacerbauerunt eum in co
silio suo: ⁊ humiliati sunt ~~sub mani~~
~~b; eorum~~ in iniquitatib; suis.

Et uidit cum tribularentur: 7 audiuit
orationem eorum.
Et memor fuit testamenti sui: 7 penituit eum
secundum multitudinem misericordie sue.
Et dedit eos in misericordias: in conspectu omnium
qui ceperant eos.
Saluos fac nos domine deus noster: 7 congrega
nos de nationibus.
Ut confiteamur nomini sancto tuo: et
gloriemur in laude tua.
Benedictus dominus deus israel a seculo
7 usque in seculum: 7 dicet omnis popu
lus fiat fiat.



Confitemini domino quoniam bo
nus: quoniam in seculum
misericordia eius.
Dicant qui redempti sunt a domino: quos
redemit de manu inimici: de regioni
bus congregauit eos.
A solis ortu 7 occasu: ab aquilone 7 mari.

hic propheta errantes per deuia docet uiam
ueritatis

Errauerunt in solitudine in inaquoso:
uiam ciuitatis habitaculi nō inuenerunt
Esurientes ⁊ sitientes: anima eorum in
ipsis defecit
Et clamauerunt ad dominum cum tri
bularentur: ⁊ de necessitatibus eorum eri
puit eos.
Et deduxit eos in uiam rectam: ut irent i
ciuitatem habitationis.
Confiteantur domino misericordie eius: ⁊ mi
rabilia eius filiis hominum.
Quia saciauit animam inanem: ⁊ animam
esurientem saciauit bonis.
Sedentes in tenebris ⁊ umbra mortis: uinc
tos in mendicitate ⁊ ferro.
Quia exacerbauerunt eloquia dei: ⁊ consiliū
altissimi irritauerunt.
Et humiliatum est in laboribus cor eorum: ⁊
infirmati sunt nec fuit qui adiuuaret.
Et clamauerunt ad dominum cum tri

bularentur: de necessitatibus eorum li
berauit eos.
Et eduxit eos de tenebris et umbra mortis:
et uincula eorum disrupit.
Confiteantur domino misericordie eius: et mi
rabilia eius filiis hominum.
Quia contriuit portas ereas: et uectes ferre
os confregit.
Suscepit eos de uia iniquitatis eorum:
propter iniusticias enim suas humiliati sunt.
Omnem escam abhominata est anima eorum:
et appropinquauerunt usque ad portas
mortis.
Et clamauerunt ad dominum cum tri
bularentur: et de necessitatibus eorum lib
erauit eos.
Misit uerbum suum et sanauit eos: et eripuit
eos de interitionibus eorum.
Confiteantur domino misericordie eius: et mi
rabilia eius filiis hominum.

Et sacrificent sacrificium laudis: et annunti
ent opera eius in exultatione.
Qui descendunt mare in nauibus: facientes
operationem in aquis multis
Ipsi uiderunt opera domini: et mirabilia eius
in profundo
Dixit et stetit spiritus procelle: et exaltati sunt flu
ctus eius.
Ascendunt usque ad celos et descendunt usque
ad abyssos: anima eorum in malis ta
bescebat.
Turbati sunt et moti sunt sicut ebrius: et omnis
sapientia eorum deuorata est.
Et clamauerunt ad dominum cum tribula
rentur: et de necessitatibus eorum eduxit eos
Et statuit procellam eius in auram: et silue
runt fluctus eius.
Et letati sunt quia siluerunt: et deduxit e
os in portum uoluntatis eorum.
Confiteantur domino misericordie eius: et mi

irabilia eius filiis hominum.
Et exaltent eum in ecclesia plebis: et in ca
thedra seniorum laudent eum.
Posuit flumina in desertum: et exitus aqua
rum in sitim.
Terram fructiferam in salsuginem: a
malicia inhabitantium in ea.
Posuit desertum in stagna aquarum: et ter
ram sine aqua in exitus aquarum.
Et collocavit illic esurientes: et constituerunt
civitatem habitationis.
Et seminaverunt agros et plantaverunt
vineas: et fecerunt fructum nativitatis.
Et benedixit eis et multiplicati sunt ni
mis: et iumenta eorum non minoravit.
Et pauci facti sunt: et vexati sunt a tribulatio
ne malorum et dolore.
Effusa est contentio super principes: et erra
re fecit eos in invio et non in via.
Et adiuvit pauperem de inopia: et posuit

sicut oues familias.
Videbunt recti et letabuntur: et omnis in
quitas opilabit os suum.
Quis sapiens et custodiet hec: et intelliget
misericordiam domini.



Paratum cor meum deus para
tum cor meum: cantabo et
psallam in gloria mea.
Exurge psalterium et cythara: exurgam
diluculo.
Confitebor tibi in populis domine: et psallam tibi
in nationibus.
Quia magna est super celos misericordia tua: et ueri
tas tua usque ad nubes.
Exaltare super celos deus: et super omnem
terram gloria tua: ut liberentur dilecti
tui.
Saluum fac dextera tua et exaudi me: deus
locutus est in sancto suo.
Exultabo et diuidam sicimam: et conuallem.

h propheta in per|so
na peccato
ris postu
lat ue
niam
di
cens.

tab nacl'orum dimetiar.
Meus ē galaad. ⁊ meus est manasses. ⁊ e
phraym susceptio capitis mei.
Iuda rex meus. moab lebes spei mee.
In ydumeam extendam calciamentū
meū. mi alienigene amici fc̄i sunt.
Quis deducet me ī ciuitatē munitā. q̄s de
ducet me usq; in ydumeam.
Nōne tu ds̄ qui repulisti nos. ⁊ n̄ exibis ds̄
in uirtutib; nr̄is.
Da nobis auxilium de tribulacione. quia
uana salus hominis.
In deo faciemus uirtutem. ⁊ ipse ad nichi
lum deducet inimicos nr̄os.

P̄pha in p̄sona x̄i
loquit̄ de p̄ditiōe
iude. ⁊ alioꝝ in
fidelium

Deus laudem meam ne tacue
ris. q̄r os peccatoris ⁊ os dolosi sup
me apertum est.
Locuti sunt adūsum me lingua dolosa. ⁊
sermonib; odii circumdederunt me. ⁊ ex
pugnauerunt me gratis.

Pro eo ut me diligerent detrahebant mihi: e
go autem orabam.
Et posuerunt adversum me mala pro bonis:
et odium pro dilectione mea.
Constitue super eum peccatorem: et diabolus
stet a dextris eius.
Cum iudicatur exeat condempnatus: et o
racio eius fiat in peccatum.
Fiant dies eius pauci: et episcopatum eius
accipiat alter.
Fiant filii eius orphani: et uxor eius vidua.
Nutantes transferantur filii eius et mendicent:
et eiciantur de habitationibus suis.
Scrutetur fenerator omnem substanciam eius: et
diripiant alieni labores eius.
Non sit illi adiutor: nec sit qui misereatur
pupillis eius.
Fiant nati eius in interitum: in generatione v
na deleatur nomen eius.
In memoriam redeat iniquitas ~~eorum~~

patrum eius in conspectu domini: et pec
catum matris eius non deleatur.
Fiant contra dominum semper et dispereat de terra
memoria: pro eo quod non est recordatus
facere misericordiam.
Et persequutus est hominem inopem et men
dicum: et compunctum corde mortificare.
Et dilexit maledictionem et veniet ei: et noluit
benedictionem et elongabitur ab eo.
Et induit maledictionem sicut vestimentum:
et intravit sicut aqua in interiora eius: et sicut
oleum in ossibus eius.
Fiat ei sicut vestimentum quo operitur:
et sicut zona qua semper precingitur.
Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud dominum:
et qui loquuntur mala adversus ani
mam meam.
Et tu domine domine fac mecum pro
pter nomen tuum: quia suavis est
misericordia tua.

Libera me quia egenuſ et pauper ego ſum:
et cor meum conturbatum eſt intra me.
Sicut umbra cum declinat ablatus ſum:
et excuſſus ſum ſicut locuſta.
Genua mea infirmata ſunt a ieiunio: et
caro mea inmutata eſt propter oleum.
Et ego factuſ ſum obprobrium illis: ui
derunt me et mouerunt capita ſua.
Adiuua me domine deus meus: ſaluum
me fac propter miſericordiam tuam.
Et ſciant quia manus tua hec: et tu domi
ne feciſti ea.
Maledicent illi et tu benedices: qui inſur
gunt in me confundantur: ſeruus
autem tuus letabitur.
Induantur qui detrahunt mihi pudore: et op
eriantur ſicut diploide confuſione ſua.
Confitebor domino nimis in ore meo: et
in medio multorum laudabo eum.
Qui aſtitit a dextris pauperis: ut ſaluam

faceret a psequētib; animā meā.

Pphā loqr̄ de du
ab; naturis. diui
nitatis. scilicet. et
humanitatis


ixit dominus
domino meo:
sede a dextris
meis.
Donec po
nam inimicos
tuos: scabellū
pedum tuorum.
Virgam uirtutis tue emittet dominus
ex syon: dominare in medio inimi
corum tuorum
Tecum principium in die uirtutis
tue in splendoribus scōrum: ex utero añ
luciferum genui te
Iurauit dominus. 7 n̄ penitebit eū:
tu es sacerdos in et̄num secūdm ordi
nem melchissedech.
Dominus a dextris tuis: confregit in
die ire sue reges

Hic dauid in persona fidelis populi laudat deum

Iudicabit in nationibus implebit rui
nas: conquassabit capita in terra multorum.
De torrente in uia bibet: propterea ex
altabit caput.
Confitebor tibi domine in
toto corde meo: in consili
o iustorum et congregatione.
Magna opera domini: exquisita in omnes
uoluntates eius.
Confessio et magnificentia opus eius: et
iusticia eius manet in seculum seculi.
Memoriam fecit mirabilium suorum mi
sericors et miserator dominus: escam
dedit timentibus se.
Memor erit in seculum testamenti sui:
uirtutem operum suorum annuntia
bit populo suo.
Ut det illis hereditatem gentium: ope
ra manuum eius ueritas et iudicium.
Fidelia omnia mandata eius confir

mata in seculum seculi: facta in ueritate ⁊ equitate.

Redemptionem misit ~~dominus~~ populo suo: mandauit in eternum testamentum suum.

Sanctum ⁊ terribile nomen eius: initium sapientie timor domini.

Intellectus bonus omnibus facientibus eum: laudacio eius manet in seculum seculi.

hic propheta docet quod et quanta uir beatus debeat facere pro aduentu christi

Beatus uir qui timet dominum: in mandatis eius uolet nimis.

Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur.

Gloria ⁊ diuicie in domo eius: ⁊ iusticia eius manet in seculum seculi.

Exortum est in tenebris lumen rectis: misericors ⁊ miserator ⁊ iustus.

Iocundus homo qui miseretur ⁊ co

modat: disponit sermones suos in iudici
o: quia in eternum non commouebitur.
In memoria eterna erit iustus: ab audiți
one mala non timebit.

Paratum cor eius sperare in domino: con
firmatum est cor eius non commouebitur
donec despiciat inimicos suos.

Dispersit dedit pauperibus: iusticia eius ma
net in seculum seculi: cornu eius exalta
bitur in gloria.

Peccator uidebit et irascetur: dentibus suis
fremet et tabescet: desiderium peccatorum
peribit.



Laudate pueri dominum: lau
date nomen domini.
Sit nomen domini bene
dictum: ex hoc nunc et usque in seculum.
A solis ortu usque ad occasum: laudabile
nomen domini.
Excelsus super omnes gentes dominus.

h. propheta monens: ostendit que et quando et
qualiter et ubi laudare debemus

⁊ super celos gloria eius.

Quis sicut dominus deus noster: qui in al
tis habitat ⁊ humilia respicit in celo
⁊ in terra.

Suscitans a terra inopem: ⁊ de stercore
erigens pauperem.

Ut collocet eum cum principibus: cum prin
cipibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo: ma
trem filiorum letantem.

... psalma ad cultum
... t laudem ueri dei
nos inuitat. ⁊ ydo
la uana fugere


In exitu israel de egypto: domus iacob
de populo barbaro.

Facta est iudea sanctificatio eius: israel po
testas eius.

Mare uidit ⁊ fugit: iordanis conuer
sus est retrorsum.

Montes exultauerunt ut arietes: ⁊ colles
sicut agni ouium.

Quid est tibi mare quod fugisti: ⁊ tu ior
danis quia conuersus es retrorsum.

Montes exultastis sicut arietes: et colles
sicut ~~arie~~ agni ovium.
A facie domini mota est terra: a facie dei
iacob.
Qui convertit petram in stagna aq̄rum:
et rupem in fontes aq̄rum.
Non nob domine ñ nobis: s; nomini
tuo da gl'iam.
Super misericordia tua et ũitate tua: nequã
do dicant gentes ubi est deus eorum.
Ds autem noster in celo: omnia quecũ
q; voluit fecit.
Symulachra gentium argentũ et aurũ:
opa manuum hominum.
Os habent et ñ loquentur: oculos hñt et ñ
videbunt.
Aures hñt et ñ audient: nares hñt et ñ
odorabunt.
Manus hñt et ñ palpabunt: pedes hñt et
ñ ambulabunt: nõ clamabunt in gutt'e

tture suo

Similes ill' fiant qui faciunt ea: 7 oms
qui confidunt in eis.

Domus isrl' sperauit in domino: adiutor
eoꝝ 7 protector eorum est.

Domus aaron sperauit in domino: ad
iutor eoꝝ 7 ptector eorum est.

Qui timent dominum sperauerunt in
domino: adiutor eorum. 7 protector eo
rum est.

Dominus memor fuit nostri: 7 benedi
xit nobis.

Benedixit domui isrl': benedixit domui
aaron.

Benedixit omnib; qui timent dnm.
pusill' cum maiorib;

Adiciat dns sup uos: sup uos 7 super fi
lios uros.

Benedicti uos a domino: qui fecit celum
7 terram.

Celum celi domino: terram autem dedit
filiis hominum
Non mortui laudabunt te domine: neq;
omnes qui descendunt in infernum.
Sed nos qui uiuimus benedicimus dn̄o:
ex hoc nunc et usq; in seclm̄



Dilexi: qm̄ exaudiet dominus
uocem orationis mee
Quia inclinauit aurem su
am michi: et in diebus meis inuocabo.
Circumdederunt me dolores mortis: et pericula in
ferni inuenerunt me.
Tribulationem et dolorem inueni: et nomē
domini inuocaui.
O domine libera animam meam: mise
ricors dominus et iustus: et deus noster
miseretur.
Custodiens paruulos dominus: humilia
tus sum et liberauit me.
Conuertere anima mea in requiem tuam.

h' dauid ĩ psona
captiui reuersi
tias agit deo

In io[?] spū dni:

Hic propheta in persona martyrum dei beneficia memorans: primum beneficium ponit fidem, secundo confessionem.

quia dominus benefecit tibi.
Quia eripuit animam meam de morte: oculos meos a lacrimis: pedes meos a lapsu.
Placebo domino in regione uiuorum.

Credidi propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis.
Ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax.
Quid retribuam domino: pro omnibus que retribuit michi.
Calicem salutaris accipiam: et nomen domini inuocabo.
Vota mea domino reddam coram omni populo eius: preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius.
O domine quia ego seruus tuus: ego seruus tuus et filius ancille tue.
Dirupisti uincula mea: tibi sacrificabo

m nomine



hostiam laudis: et nomen domini inuocabo.

Uota mea domino reddam in conspectu omnis populi eius: in atriis domus domini in medio tui ierusalem

Laudate dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi.

Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: et ueritas domini manet in eternum.



Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.

Dicat nunc israel quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.

Dicat nunc domus aaron: quoniam in seculum misericordia eius.

Dicant nunc qui timent dominum: quoniam in seculum misericordia eius.

De tribulatione inuocaui dominum: et ex

h. propheta inuitat populos ad laudem dei: in persona iusti rogat sibi portam aperiri

h. dauid ne
qs expiat
os ad laud
inuitat

audiuit me ī latitudine dn̄s.
Dominus michi adiutor: n̄ timebo qd
faciat m̄ homo.
Dominus michi adiutor: ꝛ ego despiciā
inimicos meos.
Bonum est confidere in domino: q̄m cō
fidere in homine.
Bonū est sperare in domino: q̄m spare ī
principibꝫ.
Omīs gentes circuierūt me: ꝛ ī nomīe dn̄i
q̄ ultus sum in eos.
Circumdantes circūdederūt me: ꝛ ī noīe
dn̄i q̄ ultus sum in eos.
Circumdederunt me sicut apes: ꝛ exars
erunt sicut ignis in spinis: ꝛ ī noīe dn̄i
q̄ ultus sum ī eos.
Impulsus euersus sum ut caderem: ꝛ dn̄s
suscepit me.
Fortitudo mea ꝛ laus mea dominus: ꝛ
fc̄s est michi in salutem.

Vox exultationis et salutis in tabernaculis iustorum

Dextera d[omi]ni fecit uirtutem dextera d[omi]ni exaltauit me: dextera d[omi]ni fecit uirtutem.

Non moriar s[ed] uiuam: et narrabo opera domini.

Castigans castigauit me dominus: et morti n[on] tradidit me.

Aperite michi portas iusticie ingressus in eas confitebor domino: hec porta domini iusti intrabunt in ea.

Confitebor t[ibi] q[uonia]m exaudisti me: et f[ac]tus es michi in salutem.

Lapidem que[m] rep[ro]bauer[un]t edificantes: hic f[ac]tus est in caput anguli.

A domino f[ac]tu[m] est istud: et e[st] mirabile in oculis n[ost]ris.

Hec est dies quam fecit dominus: exultemus et letemur in ea.

O domine saluum me fac, o domine be[ne prosperare]

iam

ne prosperare: benedictus qui uenturus est in nomine domini.

Benediximus uob de domo domini: deus dominus et illuxit nob.

Constituite diem sollempnem in condensis: usque ad cornu altaris.

Deus meus es tu et confitebor tibi: deus meus es tu et exaltabo te.

Confitebor tibi quoniam exaudisti me: et factus es mi in salutem.

Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.

aleph

Beati immaculati in uia: qui ambulant in lege domini.

Beati qui scrutantur testimonia eius: in toto corde exquirunt eum.

Non enim qui operantur iniquitatem in uiis eius ambulauerunt.

Tu mandasti: mandata tua custodi

Hic dicit propheta beatos esse: qui uias domini et mandata custodiunt

n nimis.
Utinam dirigantur uie mee: ad custo
diendas iustificationes tuas.
Tunc n̄ confundar: cum pspexero in o
nibȝ mandatis tuis
Confitebor t̄ in directione cordis: i eo
qđ didici iudicia iusticie tue.
Iustificationes tuas custodiam: n̄ me
derelinquas usq; qq;
In quo corrigit adolescentior uiam
suam: in custodiendo smones tuos. Beth
In toto corde meo exquisiui te: ne
repellas me a mandatis tuis.
In corde meo abscondi eloquia tua:
ut n̄ peccem t̄
Benedictus es domine: doce me iustifi
cationes tuas.
In labiis meis pronunciaui omnia
iudicia oris tui.
In uia testimoniorum tuorum delecta

h'apha in psona adolescentis iterrogat dn̄m
quomodo custodiat uias eius

tus sum: sicut in omnibz diuiciis
In mandatis tuis exercebor: & considera
bo uias tuas.
In iustificationibz tuis meditabor: nõ
obliuiscar s̄mones tuos.

hic p̄pha ī p̄sona
peccatoris ueniam
petit. ¶ Gimel

Retribue seruo tuo: uiuifi
ca me: & custodiam sermones
tuos
Reuela oculos meos: & considerabo mira
bilia de lege tua.
Incola ego sum in terra: ñ abscondas
a me mandata tua.
Concupiuit anima mea desiderare
iustificationes tuas in omni tp̄e
Increpasti sup̄bos: maledicti qui de
clinant a mandatis tuis
Aufer a me obprobrium & contemp
tum: quia testimonia tua exquisiui.
Et enim sederunt principes & adu̾sum
me loquebantur: seruus autem tuus

exercebar in iustificationibus tuis.
Nam et testimonia tua meditatio mea est: et consilium meum iustificationes tue.

Deleth

hic anima
talescens p
tit auxili

Adhesit pauimento anima mea: uiuifica me secundum uerbum tuum.
Vias meas enuntiaui et exaudisti me: doce me iustificationes tuas.
Viam iustificationum tuarum instrue me: et exercebor in mirabilibus tuis.
Dormitauit anima mea pre tedio: confirma me in uerbis tuis.
Viam iniquitatis amoue a me: et in lege tua miserere mei.
Viam ueritatis elegi: iudicia tua non sum oblitus.
Adhesi testimoniis tuis domine: noli me confundere.
Viam mandatorum tuorum cucurri: cum dilatasti cor meum.

ic petit aĩa legem
sc̃dm quã possit ui
uere sibi dari

Legem pone michi domine uiam he
iustificationum tuarum: et exq
ram eam semper.
Da michi intellectum et scrutabor legẽ
tuam: et custodiam illam in toto cor
de meo.
Deduc me in semita mandatorum tuoꝝ:
quia ipsam uolui.
Inclina cor meum in testimonia tua:
et nõ in auariciam.
Auerte oculos meos ne uideant uani
tatem: in uia tua uiuifica me.
Statue seruo tuo eloquium tuum:
in timore tuo.
Amputa obprobrium meum qđ sus
picatus sum: quia iudicia tua iocũ
da.
Ecce concupiui mandata tua: in eq
uitate tua uiuifica me.
Et ueniat sup me misericordia tua vau

hic petit anima
fidelis ut ueniat
xpc

domine: salutare tuum secundum eloqu
ium tuum.
Et respondebo exprobrantibus michi u
erbum: quia speraui in sermonibus tuis.
Et ne auferas de ore meo uerbum ueri
tatis usquequaque: quia in iudiciis tu
is supersperaui.
Et custodiam legem tuam semper in se
culum: et in seculum seculi.
Et ambulabam in latitudine: quia man
data tua exquisiui.
Et loquebar de testimoniis tuis in con
spectu regum: et non confundebar.
Et meditabar in mandatis tuis: que
dilexi.
Et leuaui manus meas ad mandata
tua que dilexi: et exercebor in iustifica
cionibus tuis.


emor esto uerbi tui seruo tuo: Zai
in quo michi spem dedisti.

hic anima fidelis festinans uenire ad requiem
postulat auxilium a deo s' dau

Hec me consolata est in humilitate mea:
quia eloquium tuum uiuificauit me.
Superbi inique agebant usquequaque: a
lege autem tua non declinaui.
Memor fui iudiciorum tuorum a seculo do
mine: et consolatus sum.
Defectio tenuit me: pro peccatoribus derelinquen
tibus legem tuam.
Cantabiles michi erant iustificationes
tue: in loco peregrinationis mee.
Memor fui nocte nominis tui domine: et cu
stodiui legem tuam.
Hec facta est michi: quia iustificationes tu
as exquisiui.

h[ec] anima fidelis protestatur se legem secundum datam custodisse
heth



Porcio mea domine: dixi custo
dire legem tuam.
Deprecatus sum faciem tu
am in toto corde meo: miserere mei
secundum eloquium tuum.
Cogitaui uias meas: et conuerti pedes meos

in testimonia tua.
Paratus sum ⁊ n̄ sum turbatus: ut custo
diam mandata tua.
Funes pc̄orum circumplexi sunt me:
⁊ legem tuam n̄ sum oblit⁹
Media nocte surgebam ad confitendū
t: sup iudicia iustificationis tue.
Particeps ego sum omnium timētiū
te ⁊ custodientium mandata tua.
Mīsedia tua domine plena est t'ra: iusti
cationes tuas doce me.

patienti a agit fidelis aīa grā tias

theth


onitatem fecisti cum s̄uo tu
o domine: scd̄m uerbum
tuum.
Bonitatem ⁊ disciplinā ⁊ scientiā doce
me: q2 in mandatis tuis credidi
Priusq̄m humiliarer ego deliqui: pro
pterea eloquium tuū ego custodiui
Bonus es tu: ⁊ in bonitate tua doce me i
ustificationes tuas.

Multiplicata est sup me iniquitas su
pborum: ego autem in toto corde
scrutabor mandata tua.
Coagulatum ē sicut lac cor eorum: ego
ū legē tuā meditatus sum.
Bonum michi lex oris tui: sup milia au
ri ꝛ argenti.

Manus tue fecerunt me ꝛ plas
mauerunt me: da m intellectum ut
discam mandata tua.
Qui timent te uidebunt me ꝛ letabunt:
q: i uerba tua supsperaui.
Cognoui domine quia equitas iudicia
tua: ꝛ in ūitate tua hūliasti me.
Fiat misedia tua ut ꝯsoletur me: secū
dum eloquium tuū suo tuo.
Veniant m miserationes tue ꝛ uiuam: q:
lex tua meditatio mea est.
Confundantur supbi q: iniuste iniq̄ta
tem fecerunt in me: ego autem exerce

Bonū michi q̄a
humiliasti me:
ut discā iusti
ficationes
tuas.

Ioth
h aīa scā intellec
tum mandato
rum dei petit
sibi instan
ter tri
bui

bor ĩ mandatis tuis.
Conũtanť ĩ timentes te: ꝛ qui nouerũt
testimonia tua
Fiat cor meum immaculatum in iusti
ficacionib; tuis: ut n̄ confundar.
Defecit in salutare tuũ anima
mea: ꝛ in uerbum tuum sup
speraui.
Defecerunt oculi mei in eloquiũ tuũ: di
centes, qñ ꝯsolabis me.
Quia factus sum sicut uter in pruina:
iustificões tuas n̄ sum oblit⁹
Quot sunt dies ſui tui: qñ facies
de ꝑsequentib; me iudicium.
Narrauerũt m̄ iniqui fabulacones: s; nõ
domine
ut lex tua.
Omnia mãdata tua ũitas: iniq ꝑsequuti iniq3
sũt me adiuua me
Paulominus consũmauerunt me in
terra: ego autem n̄ dereliqui manda

Caph
hi pegrini h' mũ
di aduentũ
dñi se deside
rare indica

Lamech

[.]ñ uir iust' puint
ut se ñ recessit
a uia ueritatis.

cta tua.

Scdm miscdiam tuam uiuifica me: ⁊
custodiam testimonia oris tui.



n eternum domine: uerbum tuum per
manet in celo.

In gñatione ⁊ gñatione ~~⁊ gñatio~~
~~ne~~ ueritas tua: fundasti terram. ⁊ p
manet.

Ordinatione tua pseuat dies: qm
omnia seruiunt t.

Nisi qd lex tua meditatio mea est: tu
forte pissem in humilitate mea.

In eternum ñ obliuiscar iustificationes
tuas: q2 in ipsis uiuificasti me.

Tuus sum ego saluum me fac: qm iusti
ficationes tuas exquisiui.

Me expectauerunt peccatores ut pderent me:
testimonia tua intellexi.

Omnis consummationis uidi finem: latum
mandatum tuum nimis.



Quomodo dilexi legem tuam domine: Mem
tota die meditatio mea est.
Super inimicos meos pru
dentem me fecisti mandato tuo: quia
in eternum mihi est.
Super omnes docentes me intellexi: quia testi
monia tua meditatio mea est.
Super senes intellexi: quia mandata tua
quesiui.
Ab omni uia mala prohibui pedes meos: ut cu
stodiam uerba tua.
A iudiciis tuis non declinaui: quia tu legem
posuisti mihi.
Quam dulcia faucibus meis eloquia tua: su
per mel ori meo.
A mandatis tuis intellexi: propterea odi
ui omnem uiam iniquitatis.



Lucerna pedibus meis uerbum tu
um: et lumen semitis meis. Nun
Iuraui et statui custodire iu

hic propheta humilitatem que initium boni
et perfectionem in Christo tribuit: commendat.

hic uir iustus cu
stodiens mandata
dei: commendat ea

Iudicia iusticie tue

Humiliatus sum usquequaque domine uiui-
fica me secundum uerbum tuum

~~Vias meas enunciaui et exaudisti me: do-~~
~~ce me iustificationes tuas~~

Voluntaria oris mei beneplacita fac domine: et
iudicia tua doce me.

Anima mea in manibus meis semper: et le-
gem tuam non sum oblitus.

Posuerunt peccatores laqueum michi: et de mandatis
tuis non erraui

Hereditate adquisiui testimonia tua in
eternum: quia exultatio cordis mei sunt.

Inclinaui cor meum ad faciendas iustifi-
cationes tuas in eternum: propter retri-
butionem

samech



Iniquos odio habui: et legem tuam di-
lexi.

Adiutor et susceptor meus es tu: et in uerbum
tuum supersperaui.

hic uir iustus asserens se legem dei cu-
stodisse: iniquos detestatur

et in librum tuum suspiraui.
Declinate a me maligni: et scrutabor mandata dei mei.
Suscipe me secundum eloquium tuum et uiuam: et non confundas me ab expectatione mea.
Adiuua me et saluus ero: et meditabor in iustificationibus tuis semper.
Spreuisti omnes discedentes a iudiciis tuis: quia iniusta cogitatio eorum.
Preuaricantes reputaui omnes peccatores terre: ideo dilexi testimonia tua.
Confige timore tuo carnes meas: a iudiciis enim tuis timui.

Ayn



Feci iudicium et iusticiam: non tradas me calumpniantibus me.
Suscipe seruum tuum in bonum: non calumpnientur me superbi.
Oculi mei defecerunt in salutare tuum: et in eloquium iusticie tue.
Fac cum seruo tuo secundum misericordiam

hic psalmista protestatur se iudic et iusticiam fecisse de hereticis

⁊ iustificatiões tuas doce me
Seruus tuus sum ego: da in intellectũ
ut sciam testimonia tua.
Tempus faciendi domine: dissipauerũt
legem tuam.
Ideo dilexi mandata tua: sup aurum ⁊
topazion.
Propterea ad omnia mandata tua di
rigebar: omnem uiam iniquam o
dio habui.

dauid i psona xpi conquerit quia non est a iudeis ex custodita



Mirabilia testimonia tua domi Phe
ne: ideo scrutata est ea anima
mea.
Declaratio sermonũ tuorũ illuminat: ⁊ in
tellectũ dat paruulis
Os meum aperui ⁊ attraxi spm̃: quia manda
ta tua desiderabam.
Aspice in me ⁊ miserere mei: secdm iudi
cium diligentium nomen tuũ.
Gressus meos dirige secdm eloquium tu

um: ut non dominetur mei omnis
iniusticia
Redime me a calūpnijs hominum: ut c
ustodiam mādata tua.
Faciem tuā illumina sup[er] s[er]uū tuū: [et] doce
me iustificationes tuas.
Exitus aq[ua]rum deduxerūt oculi mei: q[ui]a nō
custodierūt legem tuā.



Iustus es domine: [et] rectum iudicium sade
tuum

Q[uod] sup[er] p[ro]cer re suo tristis i[n]imicos effu debat: h[ic] p[ro] iusticia dei co[n]solat[ur].

Mandasti iusticiam testimonia tua:
[et] ueritatem tuam nimis.
Tabescere me fecit zelus m[eu]s: q[uia] obli
ti sunt ūba tua īimici mei.
Ignitum eloquiū tuū uehementer: [et] s
eruus tuus dilexit illud.
Adolescentulus sum ego [et] [con]tept[us]: iusti
ficatioēs tuas nō sum oblit[us]
Iusticia tua d[omi]ne iusticia in et[er]num: [et] lex
tua ūitas

Tribulacio ⁊ angustia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea est.
Equitas testimonia tua in eternum: intellectum da michi ⁊ uiuam.

Si uir iust⁹ exclamat asserit iudicia dei esse in eternum

Choph



Clamaui in toto corde exaudi me domine: iustificationes tuas requiram.
Clamaui ad te saluum me fac: ut custodiam mandata tua.
Preueni in maturitate ⁊ clamaui: quia in uerba tua supersperaui.
Preuenerunt oculi mei ad te diluculo: ut meditarer eloquia tua.
Uocem meam audi secundum misericordiam tuam domine: ⁊ secundum iudicium tuum uiuifica me.
Appropinquauerunt persequentes me iniquitati: a lege autem tua longe facti sunt.
Prope es tu domine: ⁊ omnes uie tue ueritas.
Initio cognoui de testimoniis tuis: quia ine

Eternum fundasti ea.

Res — Qui sup̄ ec... inauit se: petit iusti... cari.

Vide humilitatem meam et
eripe me: quia legem tuam n̄
sum oblitus.

Iudica iudicium meum ⁊ redime me:
propt̄ eloquium tuum uiuifica me.

Lōge a pc̄oribȝ salus: qr iustificatiōes tuas
n̄ exquisierunt.

Misericordie tue multe domine: scd̄m iudi
ciū tuum uiuifica me.

Multi qui psequuntur me ⁊ tribulāt me: a
testimoniis tuis n̄ declinaui.

Vidi p̄uaricantes ⁊ tabescebam: qr eloquia
tua n̄ custodierunt.

Vide qm̄ mandata tua dilexi domine: i
misericordia tua uiuifica me.

Principium u̾borū tuorū u̾itas: i eternū om
nia iudicia iusticie tue.

Syn — Qui sup̄ humilitate obtulit: h̄ i psecutionibȝ gr̄as ī deo retulit.

Principes psequuti sunt me g̃
tis: ⁊ a u̾bis tuis formidauit cor.

meum.
Letabor ego super eloquia tua: sicut qui
inuenit spolia multa.
Iniquitatem odio habui et abhomina
tus sum: legem autem tuam dilexi.
Septies in die laudem dixi tibi: super iudi
cia iusticie tue.
Pax multa diligentibus legem tuam: et non est
illis scandalum.
Expectabam salutare tuum domine:
et mandata tua dilexi.
Custodiuit anima mea testimonia tu
a: et dilexit ea uehementer.
Seruaui mandata tua et testimonia tua:
quia omnes uie mee in conspectu tuo.
thau Appropinquet deprecatio mea in
conspectu tuo domine: iuxta
eloquium tuum da michi in
tellectum.
Intret postulacio mea in conspectu tuo: secundum domine

Qui in tribulacionibus suis gratias egit: hic ouem
offerens primare deo querit.

dū eloquiū tuū eripe me.
Eructabunt labia mea hympnum: cū
docueris me iustificōnes tuas.
Pronunciabit ling̅ mea eloquiū tuū:
q̄r omnia mādata tua eq̄tas.
Fiat manus tua ut saluet me: qm̄ man
data tua elegi.
Concupiui salutare tuum dn̄e: ⁊ lex tua
meditatio mea est.
Viuet anima mea ⁊ laudabit te: ⁊ iudici
a tua adiuuabunt me.
Erraui sicut ouis q̄ periit: q̄re seruū tuū dn̄e
q̄r mādata tua nō sum oblit᷒.

Titulus gradiuū

Ad dominū cum tribularer cla
maui: ⁊ exaudiuit me.
Domine libera animam
meam a labiis iniquis: ⁊ a lingua dolo
sa.
Quid detur t̄ aut q̄d apponat̄ t̄ ad lingū
dolosam.

Iust᷒ uolens e[illegible]
te de periculis h[illegible]
seculi clamat
dn̄m

Sagitte potentis acute: cum carbonibus
desolatoriis.
Heu mi quia incolatus meus prolongatus
tabernaculis
est: habitaui cum habitantibus cedar:
multum incola fuit anima mea.
Cum his qui oderunt pacem eram paci
ficus: cum loquebar illis impugnabant
me gratis.

Qui super gemebat inter malorum insidias: hic eas orat uitari.



Leuaui oculos meos in montes: cant. grad.
unde ueniat auxilium michi.
Auxilium meum a domino: qui fecit ce
lum et terram.
Non det in commotionem pedem tuum: neque dor
miet qui custodit te.
Ecce non dormitabit neque dormiet: qui custo
dit israel.
Dominus custodit te: dominus protectio tua
super manum dexteram tuam.
Per diem sol non uret te: neque luna per no

ctem

Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam dominus.

Dominus custodiat introitum tuum et exitum tuum: ex hoc nunc et usque in seculum.



Letatus sum in his que dicta sunt mihi: in domum domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri: in atriis tuis ierusalem.

Ierusalem que edificatur ut civitas: cuius participacio eius in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus tribus domini: testimonium israel ad confitendum nomini domini.

Quia illic sederunt sedes in iudicio: sedes super domum david.

Rogate que ad pacem sunt ierusalem: et habundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua: et habundancia in turribus tuis.

cant. gra.

hunc sanctus magnus se ostendit gaudium qui se et alios [...]cet in ecclesia [...] mente [...]

Propter fr̄s meos & proximos meos: loq̄bar pacem de te.

Propt̄ domum domini dei nr̄i: quesiui bona tibi.

Vox tribulatorum ad dn̄m respicientium. — can. gra.

Ad te leuaui oculos meos: q̄ habitas in celis.

Ecce sicut oculi seruorum: in manib; dominorum suorum.

Sicut oculi ancille in manib; domine sue: ita oculi nr̄i ad dominum deum nr̄m do nec misereatur nr̄i.

Miserere nr̄i dn̄e miserere nr̄i: q̄ multum repleti sumus despectione.

Quia m̄ltum repleta est aīa nr̄a: obp̄briū habundantib; & despectio sup̄bis.

h mr̄es q̄ntra eua serunt soli mīe dei ascribunt — cant. gra.

Nisi quia dominus erat in nobis dicat nunc isrl̄: nisi q̄ dominus erat in nobis.

Cum exurgerent homīes ī nos: forte uiuos deglutiss; nos.

Cum irasceret' furor eorum ĩ nos: forsitã aq̃
absorbuisset nos.
Torrentem ptransiuit anima nr̃a: forsitan p
transisset anima nostra aquam intole
rabilem.
Benedictus dñs: qui ñ dedit nos in captio
ne dentibȝ eoꝝ.
Anima nr̃a sicut passer erepta est de laque
o uenantium.
Laqueus contritus est: ꝛ nos liberati sumus.
Adiutorium nr̃m ĩ nomine domini: qui fe
cit celum ꝛ terram.

cant. grad.

Qui confidunt in domino sicut
mons syon: ñ commouebitur
in eternum qui habitat ĩ ierl'm.
Montes in circuitu eius: ꝛ dominus in circuitu
ppli sui: ex hĩc ꝛ usq; in secl'm.
Quia non relinquet dominus uirgam pcc̃o
rum sup sortẽ iustoꝝ: ut ñ extendant iusti ad
ĩiquitatẽ manus suas.

ypha asse
it ñ posse m
ueri cũ q
dentsa sua
nit in dñ

hic propheta in persona redeuntium de babilonia loquitur

Benefac domine: bonis et rectis corde.
Declinantes autem in obligationem ad
ducet dominus cum operantibus iniqui
tatem: pax super israel.

can gra



In convertendo dominus captivitatem syon: facti su
mus sicut consolati.
Tunc repletum est gaudio os nostrum: et lingua
nostra in exultatione.
Tunc dicent inter gentes: magnificavit
dominus facere cum eis.
Magnificavit dominus facere nobiscum: facti su
mus letantes.
Converte domine captivitatem nostram: sicut torrens
in austro.
Qui seminant in lacrimis: in exultatione
metent.
Euntes ibant et flebant: mittentes semi
na sua.
Venientes autem venient cum exultatione: portan
tes manipulos suos.

cant. grad.

Hic agit̃ de edi
ficatione dom᷑
dei p salomo
nem

Nisi dominus edificauerit domum:
in uanum laborauerunt qui e
dificant eam.
Nisi dominus custodierit ciuitatẽ: frust̃
uigilat qui custodit eam.
Vanum est uobis ante lucem surgere: sur
gite postquam sederitis qui manducatis
panem doloris.
Cum dederit dilectis suis sompnum: ecce
hereditas domini filii merces fructus uen
tris.
Sicut sagitte in manu potentis: ita filii ex
cussorum.
Beatus uir qui impleuit desiderium suum ex
ipsis: nõ confundetur cum loquetur inimi
cis suis in porta.

cant. grad.

Beati om̃s qui timẽt dñm: q
ambulant in uiis eius.
Labores manuũ tuarũ q̃
manducab: beatus es: et bñ t̃ erit.

Sicut isti bonis replent̃ t̃palibz:
sic qui dñm diligunt
sp̃ualibz

Uxor tua sicut uitis habundans: in lati
bꝫ domus tue.
Filii tui sicut nouelle oliuarum: circui
tu mense tue.
Ecce sic benedicetur homo: qui timet do
minum.
Benedicat.
te dominus ex syon: et uideas bona ierlm
omnibꝫ diebꝫ uite tue.
Et uideas filios filiorum tuorum: pacē
super isrl'. can
gra.

h' ppha amonet deū timentes: oīa su stinere patienter

Sepe expugnauerunt me a iuue
ntute mea: dicat nūc isrl'.
Sepe expugnauerunt me a
iuuentute mea: etenim n̄ potuerūt mi.
Supra dorsum meum fabricauerūt pccores:
plongauerunt iniquitatē suam.
Dominus iustus concidet ceruices pccoꝝ:
confundantur et conuertantur retrorsū
oēs qui oderūt syon.

Fiant sicut fenum tectorum: qd' priusq̄
euellatur exaruit.
De quo nō impleuit manū suam qui metet:
& sinum suū qui manipl'os colliget.
Et nō dixerunt qui preteribant benedictio
domini sup uos: benediximus uob
in nomine domini.

cant' grad'

hī penitēs sentit se esse ī pfundo & simili ione clamat

De profundis clamaui ad te dn̄e:
dn̄e exaudi uocem meā.
Fiant aures tue intendētes:
in uocem deprecationis mee.
Si iniquitates obseruaueris domine: dn̄e
quis sustinebit.
Quia apud te propiciatio est: & propt̄
nomen suum
legem tuam sustinui te domine.
Sustinuit anima mea in u'bo ei': sperauit
anima mea in domino.
A custodia matutina usq; ad noctē: speret
isrl' in domino.
Quia apud dominum misericordia: & copio

ſa apud eum redẽptio.
Et ipſe redimet iſrl': ex omnib; iniqui
tatib; eius.

[V]ir iuſtus humi
litate q͞ia mit': o
ſtendit eterius

can
gra



Domine n̄ eſt exaltatum cor
meum: neq; elati ſunt ocu
li mei.
Neq; ambulaui in magnis: neq; in mira
bilib; ſup me.
Si n̄ humiliter ſentiebam: ſ; exaltaui a
nimam meam.
Sicut ablactatus ſup matrē ſuā: ita re
tributio in anima mea.
Speret iſrael in domino: ex h͞c nũc. &
uſq; in ſeculum.

Vir iuſtus uolẽs
deo domũ edifica
re: i pſona tocius
xp̄i dicit.

can
gra



Memento domine dauid: & omnis
manſuetudinis ei͞.
Sicut iurauit domino: uotũ
uouit deo iacob.
Si introiero in tabnaculum domus
mee: ſi aſcendero ĩ lectum ſtrati mei.

160

Si dedero sompnum oculꝭ meis: ⁊ palpe
bris meis dormitationem.
Et requiem temporibꝫ meis: donec inue
niā locum domino tab'naclm̄ deo iacob.
Ecce audiuimꝰ eā in ephrata: inuenimꝰ eā
in campis silue.
Introibimus in tab'naculum eius: adora
bimus in loco ubi steterūt pedes eiꝰ.
Surge domine in requiē tuā: tu ⁊ archa sci
ficationis tue.
Sacerdotes tui induantur iusticiā: ⁊ sc̄i
tui exultent.
Propt' dd̄ seruū tuū: n̄ auertas faciem
xp̄i tui.
Iurauit dominus dauid ueritatē ⁊ n̄ fru
strabitur eum: de fructu uentris tui ponā
sup sedem tuam.
Si custodierint filij tui testamentū meū: ⁊
testimonia mea hec que docebo eos.
Et filij eorum usq; in seculum sedebunt

sup sedem tuam.

Qm elegit dominus syon: elegit eã in ha
bitationem sibi.

Hec requies mea in seculum seculi: hic
habitabo qm̃ elegi eam.

vel venationem
Viduam eius b̃ndicens b̃ndicam; pau
peres eius saturabo panib;

Sacerdotes eius induam salutari: ⁊ scĩ eĩ
exultatione exultabunt.

Illuc producam cornu dauid: paraui
lucernam xp̃o meo.

Inimicos eius induam confusione: sup
ipsm autem efflorebit sc̃ificatio mea.

uir iustus de
s in concordi
a gau
det



Ecce quam bonum ⁊ quam io
cundum: habitare fratres
in unum. cant' grad'

Sicut unguentum i capite: qd̃ descẽ
dit in barbam barbam aaron

Qd̃ descendit in hora uestimenti ei':
sicut ros hermon qui descendit in

montem syon.
Quia illic mandauit dominus bñdcõnem: & uitam usq; in seculum.

Ammonet nos psalmista ad bñdicendu(m) dm̃

·cant· ·grad·

Ecce nu(n)c bñdicite dominum: [domino]
omnes serui domini.
Qui statis in domo domini: in atriis domus dei nostri.
In noctib; extollite manus u(est)ras in scã: & benedicite dominum.
Benedicat te dominus ex syon: qui fecit celum & terram.

Alla

Laudate nomen domini: laudate serui dominu(m).
Qui statis in domo dñi in atriis domus dei nr̃i.
Laudate dominum q(uia) bonus dominus: psallite nomini ei(us) q(uonia)m suaue.
Quia iacob elegit sibi dominus: isrl̃ i(n) possessionem s(ibi).
Quia ego cognoui q(uo)d magnus est do

Sicut iacob luctat(ur) h(ic) ad angl(u)m: sic nos c(ontra) sp(irit)uales nequitias luctari debem(us).

minus: et deus nr̃ pre omnibus diis.
Omnia quecumque uoluit dominus fe
cit in celo et in terra: in mari et in omni
bus abyssis.
Educens nubes ab extremo tr̃e: fulgura i
pluuiam fecit.
Qui producit uentos de thesauris suis: qui
percussit primogenita egypti ab homie
usque ad pecus.
Et misit signa et prodigia in medio tui
egypte: in pharaonem et in omnes
seruos eius.
Qui percussit gentes multas: et occidit
reges fortes
Seon regem amorreorum et og regem
basan et omnia regna chanaan.
Et dedit terram eorum hereditatē: heredi
tatē isrl' p̄plo suo.
Domine nomen tuum in eternum:
domine memoriale tuum in gñatio

ne ⁊ gn̄ationē.
Quia iudicabit dn̄s ppl'm suū: ⁊ in ſuis
ſuis deprecabitur.
Simulachra gentiū argentū ⁊ aurū; opa
manuū hominum.
Os hn̄t ⁊ n̄ loquentur: oculos hn̄t ⁊ n̄
uidebunt.
Aures hn̄t ⁊ n̄ audient: neq; enim ē ſpc
in ore ipſorum.
Similes illi fiant qui faciunt ea: ⁊ oms
qui confidunt in eis.
Domus isrl' bn̄dicite domino: dom' aa
ron bn̄dicite domino.
Domus leui benedicite domino: q̄ time
dn̄m bn̄dicite dn̄o.
Benedictus dominus ex ſyon: qui ha
bitat in ierlm.



Confitemini domino qm̄ bon'.
qm̄ in eternum miſedia eius.
Confitemini deo deoꝝ.

h nos pph̄a monet deū laudare
⁊ cōfiteri peccata nr̄a

Confitemini domino dn̄oꝝ
Qui facit mirabilia magna solus:
Qui fecit celos in intellectu:
Qui firmavit t̄ram super aq̄s:
Qui fecit luminaria magna:
Solem in potestatem diei:
Lunam ⁊ stellas in potestatē noctis:
Qui ꝑcussit egyptū cū ꝑmogenitis eoꝝ:
Qui eduxit isrl' de medio eoꝝ:
In manu potēti ⁊ brachio excelso:
Qui divisit mare rubrū ī divisiones:
Et eduxit isrl' ꝑ medium eius:
Et excussit ph'onem ⁊ virtutem eius in
mari rubro:
Qui transduxit ppl'm suū ꝑ desertum:
Qui ꝑcussit reges magnos:
Et occidit reges fortes:
Seon regem amorreoꝝ:
Et og regem basan:
Et omnia regna chanaan

Et dedit terram eorum hereditatem
Hereditatem israel seruo suo.
Quia in humilitate nostra memor
fuit nostri
Et redemit nos ab inimicis nostris.
Qui dat escam omni carni
Confitemini deo celi.
Confitemini domino dominorum quoniam in e
ternum misericordia eius.



Super flumina babylonis il
lic sedimus et fleuimus: dum
nos
recordaremur syon.
In salicibus in medio eius: suspendimus
organa nostra.
Quia illic interrogauerunt nos qui cap
tiuos duxerunt nos: uerba canti
onum.
Et qui abduxerunt nos: hymnum
cantate nobis de canticis syon
Quomodo cantabimus canticum domi

hic propheta in persona captiuorum qui cum laudibus
stancium in domo excitatus est lamentatio
nem hanc profundit desiderio patrie ducens. Super &c.

nis: in terra aliena

Si oblitus fuero tui ierl̄m: oblivioni detur dextera mea.

Adhereat lingua mea faucibȝ meis: si n̄ meminero tui.

Si n̄ proposuero ~~tui~~ ierl̄m: in principio leticie mee.

Memor esto domine filiorum edom: ī diem ierl̄m

Qui dicunt exinanite exinanite usq;: ad fundamentum in ea

Filia babylonis misera: beatus qui retribuet tibi retributionē tuam quā tu retribuisti nobis

Beatus qui tenebit: ⁊ allidet parvulos tuos ad petram.

Q' sedēs flevit su
p̄ flumīa babilo
nis. iā reedificā
ihrl̄m: exul
tat et lau
dat suū
crea
to
rē.



Confitebor t̄ domine in toto corde meo: qm̄ audisti verba oris mei

In conspectu anglorum psallam tibi:

adorabo ad templum scm̄ tuum: et con
fitebor nomini tuo
Sup̄ mīa tua: et ueritate tua: qm̄ magnifi
casti sup omē nomē scm̄ tuum.
In quacumq; die inuocauero te ex
audi me: multiplicabis i anima
virtute tua
mea uirtutē.
Confiteantur t' dn̄e oms reges terre:
qr audierūt oīa ūba oris tui
Et cantent in uiis domini: qm̄ mag
na est gl'ia domini
Qm̄ excelsus dn̄s: et humilia respicit: et
alta alonge cognoscit.
Si ambulauero in medio tribulationis
uiuificabis me: et sup iram inimicor
meorum extendisti manum tuā: et sal
uū me fecit dextera tua.
Dominus retribuet pro me domine
mīscdia tua in sclm: opa manuum
tuarum ne despicias.

hic pph̄a monet nos
non fugē a deo: s
venire ad eū. q̄
omnia si
ui sūt
no
ta

Domine probasti me et cogno
uisti me: ~~tu cognouisti me~~:
tu cognouisti sessionem meā
et resurrectionem meam.
Intellexisti cogitationes meas de lon
ge: semitam meam et funiculū me
um investigasti
Et omēs uias meas p̄uidisti: quia nō est
s'mo in lingua mea.
Ecce domine tu cognouisti omnia nouis
sima et antiq̄: tu formasti me et posuisti
sup me manū tuam.
Mirabilis facta est scientia tua ex me: co
fortata ē et nō potero ad eam.
Quo ibo a spū tuo: et quo a facie tua
fugiam.
Si ascendo in celū tu illic es: si descen
dero ad infernum ades.
Si sumpsero pēnas meas diluculo: et ha
bitauero in extremis maris.

Etenim illuc manus tua deducet
me: et tenebit me dextera tua.
Et dixi forsitan tenebre conculcabunt
me: et nox illuminatio mea in de
liciis meis.
Quia tenebre eius non obscurabuntur
a te: et nox sicut dies illuminabitur
sicut tenebre eius ita et lumen eius.
Quia tu possedisti renes meos: suscepi
sti me de utero matris mee.
Confitebor tibi quia terribiliter magni
ficatus es: mirabilia opera tua et anima
mea cognoscet nimis.
Non est occultatum os meum a te quod feci
sti in occulto: et substantia mea in inferiori
bus terre.
Imperfectum meum uiderunt oculi tu
i: et in libro tuo omnes scribentur: dies for
mabuntur et nemo in eis.
Michi autem nimis honorificati sunt

litigiosi estis

amici tui deus: nimis confortatus est
principatus eorum.
Dinumerabo eos et super harenam mul
tiplicabuntur: exsurrexi et adhuc sum
tecum.
Si occideris deus peccatores: viri sanguinum
declinate a me.
Quia dicitis in cogitatione: accipiant
in vanitate civitates suas.
Nonne qui oderunt te domine oderam:
et super inimicos tuos tabescebam.
Perfecto odio oderam illos: inimici fa
cti sunt michi.
Proba me deus et scito cor meum: inter
roga me et cognosce meas semitas.
Et vide si via iniquitatis in me est: et
deduc me in via eterna.

Propheta in persona ecclesie petit ab omnibus impugnatoribus liberari.


Eripe me domine ab homine
malo: a viro iniquo eripe
me.

Qui cogitauerunt iniquitates in corde:
tota die constituebant prelia.
Acuerunt linguas suas sicut serpentes: *i linguis*
uenenum aspidum sub labiis eo
rum.
Custodi me domine de manu peccatoris:
ab hominibus iniquis eripe me.
Qui cogitauerunt supplantare gressus
meos: absconderunt superbi laque
um michi.
Et funes extenderunt in laqueum: iu
xta iter scandalum posuerunt mi.
Dixi domino deus meus es tu: exaudi do
mine uocem deprecationis mee.
Domine domine uirtus salutis mee: obumbra
sti super caput meum in die belli.
Non tradas me domine a desiderio meo pec
catori: cogitauerunt contra me ne
derelinquas me. ne forte exaltentur.
Caput circuitus eorum: labor labiorum

ipsoꝝ opiet eos.

Cadent sup eos carbones: in ignem
deicies eos: in miseriis nō subsistent.

Uir linguosus nō dirigetur in terra: uirū
iniustum mala capient in interitu.

Cognoui qꝛ faciet dominus iudiciū
īopis: ⁊ uindictam pauperum.

Uerumptamen iusti confitebuntur nōi
tuo: ⁊ habitabunt recti cum uultu
tuo.

hic anima fidelis
clamans ad dnm:
petit exaudiri

Domine clamaui ad te exau
di me: intende uoci mee cū
clamauero ad te.

Dirigatur oro mea sicut incensum ī
conspectu tuo: eleuatio manuū mea
rum sacrificiū uespertinū.

Pone dn̄e custodiā ori meo: ⁊ ostium
circumstantie labiis meis.

Non declines cor meum in uba mali
cie ad excusandas excusationes in

peccatis.

Cum hominibus operantibus iniquitatem: et non communicabo cum electis eorum.

Corripiet me iustus in misericordia: et increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.

Quoniam adhuc et oratio mea in beneplacitis eorum: absorti sunt iuncti petre iudices eorum.

suavia sunt

Audient verba mea quoniam potuerunt: sicut crassitudo terre erupta est super terram.

Dissipata sunt ossa nostra secus infernum: quia ad te domine domine oculi mei in te speravi non auferas animam meam.

Custodi me a laqueo quem statuerunt michi: et ab scandalis operantium iniquitatem.

Cadent in retiaculo eius peccatores: singulariter sum ego donec transeam.

hic dauid i pſona
xpi quaſi de ſpe
lunca ad dnm cla
manſ dicit. ps.

Voce mea ad dnm clamaui:
uoce mea ad dominum dep
catuſ ſum.
Effundo in conſpectu eiuſ oronem meã:
et tribulonem meam añ ipm pnuncio.
In deficiendo ex me ſpm meũ: et tu cogno
uiſti ſemitaſ meaſ.
In uia hac q ambulabam: abſconderũt
ſupbi laqueum m̃i.
Cõſidabam ad dexteram et uidebã: et ñ erat
qui cognoſceret me.
Periit fuga a me: et ñ eſt qui requirat
animam meã.
Clamaui ad te domine: dixi tu eſ ſpeſ
mea: porcio mea in tra uiuenciũ.
Intende ad depcationem meã: qr humili
atuſ ſum nimiſ.
Libera me a pſequentib3 me: qr confortati ſt̃
ſup me.
Educ de cuſtodia animam meam ad

confitendum nomini tuo: me ex
pectant iusti donec retribuas m.
(sunt)

Domine exaudi oratione[m] mea[m]:
auribus percipe obsecratione[m]
meam: in veritate tua exau
di me in tua iusticia.

hunc psalmu[m] cant
uit dauid qn fug
a facie filij sui abs
lon

Et non intres in iudicium cum ser
vo tuo: quia n[on] iustificabitur i[n] conspec
tu tuo omnis vivens.
Quia persequutus est inimicus a[n]i[m]am
meam: humiliavit in terra vitam
meam.
Collocavit me in obscuris sicut mortu
os seculi: et anxiatus est sup[er] me sp[iritu]s m[eu]s:
in me turbatum est cor meum.
Memor fui dierum antiquorum meditat[us]
sum in omnibus operibus tuis: in f[ac]tis ma
nuum tuarum meditabar.
Expandi manus meas ad te: a[n]i[m]a mea
sicut terra sine aqua t[ibi].

Velociter exaudi me domine: defecit
spiritus meus.
Non avertas faciem tuam a me: et si
milis ero descendentibus in lacum.
Auditam fac michi mane misericordiam
tuam: quia in te speravi.
Notam fac michi viam in qua ambulem:
quia ad te levavi animam meam.
Eripe me de inimicis meis domine ad
te confugi: doce me facere voluntatem
tuam quia deus meus es tu.
Spiritus tuus bonus deducet me in terram
rectam: propter nomen tuum domine vivificabis
me in equitate tua.
Educes de tribulatione animam meam:
et in misericordia tua disperdes inimicos meos.
Et perdes omnes qui tribulant animam meam.

Psalmus david pro eo quod prevaluit adversus goliam gratias agit deo

B quoniam ego servus tuus sum.
Benedictus dominus deus meus
qui docet manus meas ad p

lium: ⁊ digitos meos ad bellum.
Misericordia mea ⁊ refugium meum: susceptor meus ⁊ liberator meus.
Protector meus ⁊ in ipso speravi: qui subdis populum meum sub me.
Domine quid est homo quia innotuisti ei: aut filius hominis quia reputas eum.
Homo vanitati similis factus est: dies eius sicut umbra pretereunt.
Domine inclina celos tuos ⁊ descende: tange montes ⁊ fumigabunt.
Fulgura coruscationem ⁊ dissipabis eos: emitte sagittas tuas ⁊ conturbabis eos.
Emitte manum tuam de alto eripe me ⁊ libera me de aquis multis: ⁊ de manu filiorum alienorum.
Quorum os locutum est vanitatem: ⁊ dextera eorum dextera iniquitatis.
Deus canticum novum cantabo tibi: in psalterio decacordo psallam tibi.

Qui das salutem regibus: qui redemisti david
seruum tuum: de gladio maligno e
ripe me.
Et erue me de manu filiorum alienorum
quorum os loquutum est uanitatem: et
dextera eorum dextera iniquitatis.
Quorum filii sicut nouelle plantati
ones in iuuentute sua.
Filie eorum composite: circumornate ut
similitudo templi.
Promptuaria eorum plena: eructantia
ex hoc in illud.
Oues eorum fetose habundantes in egres
sibus suis: boues eorum crasse.
Non est ruina macerie: neque transitus neque
clamor in plateis eorum.
Beatum dixerunt populum cui hec sunt: beatus populus
cuius dominus deus eius.

Ps. Propheta in persona ecclesie deo promittit laudes

Exaltabo te deus meus rex: et benedi
cam nomini tuo in seculum et in

sclm seculi

Per singulos dies bndicam t: ⁊ laudabo
nomē tuū in sclm. ⁊ in sclm scli
Magnus dns ⁊ laudabil' nimis: ⁊ magni
tudinis eius n est finis.
Gnatio ⁊ gnatio laudabit opa tua: ⁊ po
tentiam tuam pronunciabunt
Magnificētiam glie scitatis tue loquent'
⁊ mirabilia tua narrabunt
Et ūtutem terribiliū tuoꝝ dicēt: ⁊ mag
nitudinem tuam narrabunt
Memoriam habundantie suauitatis tue
eructabt: ⁊ iusticia tua exultabunt.
Miserator ⁊ misericors dominus: paciēs
⁊ multum misericors
Suauis dominus uniūsis: ⁊ misatio
nes eius sup omnia opa eius
Confiteantur t dne omnia opa tua: ⁊
sci tui bndicant t.
Gliam regni tui dicēt: ⁊ potentiā tuā

loquentur.

Ut notam faciant filiis hominum potē
ciam tuam: ⁊ gl̄am magnificencie re
gni tui.

Regnum tuum regnum omnium se
culorum: ⁊ dominatio tua in omni ge
neratione ⁊ gn̄atione.

Fidelis dominus in omnibus verbis suis: ⁊ sc̄s
in omnibus operibus suis.

sustentat
Allevat dominus omnes qui corruunt: ⁊
erigit omnes elisos.

Oculi omnium in te sperant domine: et
tu das escam illorum in tempore oportuno.

Aperis tu manum tuā: ⁊ imples omne a
nimal bn̄dictione.

Iustus dominus in omnibus viis suis: ⁊
sc̄s in omnibus operibus suis.

Prope ē dn̄s omnibus invocantibus eum:
omnibus invocantibus eum ī veritate.

Voluntatem timentium se faciet: ⁊ dep

cationem eoꝝ exaudiet: ⁊ saluos faciet eos.

Custodit dominus om̄s diligentes se: ⁊ om̄s peccatores disperdet.

Laudationem domini loquetur os meum: ⁊ bn̄dicat omnis caro nōi sc̄o eius in sc̄lm ⁊ in sc̄lm sc̄li.



Lauda anima mea dominum: laudabo dominum in uita mea: psallam deo meo q̄m diu fuero.

Nolite confidere in principibus: in filiis hominū in quibꝫ n̄ est salus.

Exibit sp̄c eius ⁊ reuertetur in terram suā: in illa die peribunt om̄s cogitationes eorum.

Beatus cuius d̄s iacob adiutor eius: spes eius in domino deo ipsius: qui fecit celum ⁊ t̄ram mare ⁊ omnia que in eis sunt.

Qui custodit ūitatem in seculum: facit

hic uir iustus animam suam ad laudem dei exhortans dicit. Lauda aīa ⁊c̄.

iudicium iniuriam patientibꝫ: dat eſ
cam eſurientibꝫ;
Dominuſ ſoluit compeditos: dominuſ
illuminat cecos.
Dominus erigit eliſos: dominuſ dilig̃
iuſtos.
Dominuſ cuſtodit aduenaſ ⁊ pupil
lum. ⁊ uiduam ſuſcipiet: ⁊ uiaſ ꝑecca
rum diſperdet.
Regnabit dominuſ in ſecula: deꝰ
tuuſ ſyon. in omni generatione. ⁊
g̃nationem.
Laudate dominum qm̃ bonꝰ
eſt pſalmuſ: deo nr̃o ſit iocu
da. decoraq; laudatio.
Edificanſ ierlm̃ dn̄ſ: diſpſioneſ iſr̃liſ co
gregabit.
Qui ſanat contritos corde: ⁊ alligat co
tricioneſ eorum.
Qui numat multitudinem ſtellarū: ⁊

hic pp̄ha om̄s mu
tat ad laudem dei

et omnibus eis nomina vocans.
Magnus dominus noster et magna virtus eius: et sa
pientie eius non est numerus.
Suscipiens mansuetos dominus: humilians autem
peccatores usque ad terram.
Precinite domino in confessione: psallite
deo nostro in cythara.
Qui operit celum nubibus: et parat terre
pluviam.
Qui producit in montibus fenum: et her
bam servituti hominum.
Qui dat iumentis escam ipsorum: et pullis cor
vorum invocantibus eum.
Non in fortitudine equi voluntatem habe
bit: nec in tibiis viri beneplacitum
erit ei.
Beneplacitum est domino super timentes eum: et in
eis qui sperant super misericordia eius.
Lauda ierusalem dominum: lauda
deum tuum syon.

Hic aggeus et zacharias pro reedificati
one ierusalem: gratias agunt deo

Qm̄ confortauit ſeras portarum tua
rum: bñdixit filios tuos in te.
Qui poſuit fines tuos pacem: ⁊ adipe
frumenti ſaciat te.
Qui emittit eloquiū ſuum tře: uelociter
currit ſermo eius.
Qui dat niuē ſicut lanam: nebulam ſi
cut cinerem ſpargit.
Mittit criſtallum ſuam ſicut buccellas:
ante faciem frigoris eius quis ſuſtinebit.
Emittet ūbum ſuum ⁊ liquefaciet ea: fla
bit ſpc̄ eius ⁊ fluent aque.
Qui annunciat ūbum ſuū iacob:
iuſticias ⁊ iudicia ſua iſrl'.
Non fecit taliť omni nationi: ⁊ iu
dicia ſua ñ manifeſtauit eis.



hic p̄pha angelos ⁊ u
niuerſam creaturā inui
tatur laudare dnm̄.

Laudate dominum de celis: lau
date eum in excelſis.
Laudate eum om̄s angeli e
ius: laudate eum om̄s uirtutes eius

Laudate eu͂ sol ⁊ luna: laudate eum
om̄s stelle ⁊ lumē.
Laudate eum celi celoꝝ: ⁊ aq̄ q̄ sup ce
los sunt laudent nom̄ dn̄i.
Quia ipse dixit ⁊ fc̄a sunt: ipse mandauit
⁊ creata sunt.
Statuit ea in etnum ⁊ in sclm̄ scl̄i: p̄cep
tum posuit ⁊ n̄ preteribit.
Laudate dn̄m de terra: drachones ⁊ om
nes abyssi.
Ignis grando nix glacies sp̄c p̄cellaꝝ q̄
faciunt u̾bum eius.
Montes ⁊ om̄s colles: ligna fructifera ⁊
om̄s cedri.
Bestie ⁊ uniu̾sa pecora: serpentes ⁊ uolu
cres pennate.
Reges terre ⁊ om̄s p̄pl̄i: principes ⁊ om̄s
iudices terre.
Iuuenes ⁊ uirgines senes cum iunior
ibz laudent nomen domini: quia ex

aqua

173

Exaltatum est nomen eius solius.
Confessio eius super celum et terram: et exaltavit cornu populi sui.
Hymnus omnibus sanctis eius: filiis israel populo appropinquanti sibi.

Canticum leticie pro sanctificatione israel.

Cantate domino canticum novum: laus eius in ecclesia sanctorum.
Letetur israel in eo qui fecit eum: et filie syon exultent in rege suo.
Laudent nomen eius in choro: in tympano et psalterio psallant ei.
Quia beneplacitum est domino in populo suo: et exaltavit mansuetos in salutem.
Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis.
Exultationes dei in gutture eorum: et gladii ancipites in manibus eorum.
Ad faciendam vindictam in nationibus: increpaciones in populis.

Ad alligandos reges eorum in compe
dibus: et nobiles eorum in manicis ferreis.
Ut faciant in eis iudicium conscriptum:
gloria hec est omnibus sanctis eius.

Laudate dominum in sanctis eius:
laudate eum in firmamento
virtutis eius.
Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum
secundum multitudinem magnitudinis eius.
Laudate eum in sono tube: laudate eum in
psalterio et cythara
Laudate eum in tympano et choro: lauda
te eum in cordis et organo
Laudate eum in cymbalis bene sonantibus
laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis
spiritus laudet dominum

Hic nuptiali dulcedine agit de laude dei.

Confitebor tibi domine quoniam iratus
es mihi: conversus est furor tuus et
consolatus es me.
Ecce deus salvator meus: fiducialiter aga

Canticum ysaie

Hoc canticum dixit [erased] cum ser
raretur

ꝛ ñ timebo.

Quia fortitudo mea ꝛ laus mea dominꝰ:
ꝛ fc̄s est michi in salutem.

Haurietis aquas in gaudio de fontibꝫ
saluatoris: ꝛ dicetis in illa die confite
mini dño ꝛ inuocate nomen eiꝰ.

Notas facite in ppl'is adinuentiones eius:
mementote qm̄ excelsum ē nomen eiꝰ.

Cantate domino qm̄ magnifice fecit:
annunciate hoc in uniũsa terra.

Exulta ꝛ lauda habitatio syon: qm̄ ma
gnus in medio tui sc̄s isrl'.



Ego dixi in dimidio dierum
meorum: uadam ad portas
inferi.

Quesiui residuum annorum meoꝝ: di
xi ñ uidebo dominum deum in terra ui
uentium.

Nõ aspiciã hominem ultᷓ: ꝛ habitato
rem quietis.

Generatio mea ablata ⁊ conuoluta eſt a
me: q̄ſi tab'naclm paſtoꝝ.
Preciſa eſt uelut a texente uita mea dū
adhuc ordirer ſuccidit me.
De mane uſq; ad ueſp̄am finieſ me: ſpe
rabam uſq; ad mane q̄ſi leo ſic contriuit
omnia oſſa mea.
De mane uſq; ad ueſp̄am finieſ me: ſicut
pullus hyrundinis ſic clamabo. me
ditabor ut columba.
Attenuati ſunt oculi mei ſuſpicientes
in excelſo.
Domine uim patior reſponde p̄ me: quid
dicam aut quid reſpondebit m̄i cum
ipſe fecerim.
Recogitabo t̄ omſ annos meos: ⁊ amaritu
dine aīe mee.
Domine ſi ſic uiuitur: ⁊ in talib; uita
ſpiritus mei corripies me ⁊ uiuifica
bis me.

Ecce in pace amaritudo mea amarissima
Tu autem eruisti animam meam ut non
periret: proiecisti post tergum tuum om
nia peccata mea.
Quia non infernus confitebitur tibi: neque mors
laudabit te non exspectabunt qui descendunt
in lacum veritatem tuam.
Vivens vivens ipse confitebitur tibi sicut
et ego pater hodie filiis notam faciet
veritatem tuam.
Domine salvum me fac et psalmos nostros can
tabimus cunctis diebus vite nostre in do
mo domini.

Secundo capitulo primi libri regum

Canticum anne exultantis in domino

Exultavit cor meum in domino:
et exaltatum est cornu meum
in deo meo.
Dilatatum est os meum super inimicos me
os quia letata sum in salutari tuo.
Non est sanctus ut est dominus: neque enim est alius extra te
et non est fortis sicut deus noster.

Nolite multiplicare loqui sublimia
gloriantes.
Recedant uetera de ore uestro quia deus sci-
entiarum dominus est: et ipsi prepa-
rantur cogitationes.
Arcus fortium superatus est: et infirmi ac-
cincti sunt robore.
Repleti prius pro panibus se locauerunt:
et famelici saturati sunt.
Donec sterilis peperit plurimos: et que mul-
tos habebat filios infirmata est.
Dominus mortificat et uiuificat dedu-
cit ad inferos et reducit.
Dominus pauperem facit et ditat: humi-
liat et subleuat.
Suscitans de puluere egenum: et de ster-
core erigens pauperem.
Et sedeat cum principibus: et solium glorie
teneat.
Domini enim sunt cardines terre: et po

suit super eos orbem.
Pedes sanctorum suorum servabit: et impii in
tenebris conticescent. quia non in fortitu
dine sua roborabitur vir:
Dominum formidabunt adversarii
eius: et super ipsos in celis tonabit.
Dominus iudicabit fines terre. et dabit
imperium regi suo. et sublimabit cor
Exodi xv. nu christi sui.

Canticum moysi et filiorum israel

Cantemus domino gloriose enim
honorificatus est equum et as
censorem proiecit in mare.
Fortitudo mea et laus mea dominus
et factus est michi in salutem.
Iste deus meus et glorificabo eum deus patris
mei. et exaltabo eum.
Dominus quasi vir pugnator omnipotens no
men eius: currus pharaonis et exercitum eius
proiecit in mare.
Electi principes eius submersi sunt in ma

rubro. abyssi operuerunt eos. descen
derunt in profundum quasi lapis.
Dextera tua dñe magnificata ē in fortitudine.
dextera tua dñe pcussit inimicū. & in multitu
dine glē tue depsuisti os aduersarios meos.
Misisti iram tuam que deuorauit eos si
cut stipulam. & in spū furoris tui congre
gate sunt aque.
Stetit unda fluens. congregati sunt a
byssi in medio maris.
Dixit inimicus psequar & comprehendam.
diuidam spolia. implebitur anima
mea
Euaginabo gladium meum ~~gladium~~
interficiet eos manus mea.
Flauit sps tuus & operuit eos mare. submersi
sunt qsi plumbum in aquis uehementib;
Quis similis tui in fortib; dñe quis similis
tui magnificus in scitate. terribilis
atq; laudabilis & faciens mirabilia.

Extendisti manum tuam: et deuorauit
eos terra.
Dux fuisti in misericordia tua populo quem re
demisti.
Et portasti eum in fortitudine tua: ad ha
bitaculum sanctum tuum.
Ascenderunt populi et irati sunt: dolores op
tinuerunt ~~omnes~~ habitatores philistiim.
Tunc confortati sunt principes edom:
robustos moab optinuit tremor. obri
guerunt omnes habitatores chanaan.
Irruat super eos formido et pauor in ma
gnitudine brachii tui.
Fiant inmobiles quasi lapis: donec pertran
seat ~~furor tuus~~ populus tuus domine: do
nec pertranseat populus tuus iste quem
redemisti.
Introduces eos et plantabis in monte
hereditatis tue: firmissimo habita
culo tuo quod operatus es ~~tu~~ domine.

Sanctuarium tuū domine qd̄ firma
uerunt man̄ tue. dominuſ regnabit
in eternum et ultra.
Ingreſſuſ eſt enim eques pharao cum
curribꝫ et equitibꝫ eius in mare. et redu
xit super eos aq̄s maris.
Filii aūt isrl' ambulauerūt p siccū: in medio ei.



Domine audiui auditionem tuam et timui. ·iij· Aba cuch
Domine opus tuum: i medio annorum uiuifica illud.
In medio annorum notum facies cum i ratus fueris miſericordie recordabis.
Deuſ ab austro ueniet: et sanctus de mō te pharaon.
Operuit celos gl'ia eius: et laudis eius plena est terra.
Splendor eius ut lux erit: cornua in manibꝫ eius.
Ibi abscondita est fortitudo eius. ante

Or̄o ꝫ canticū a-
cuc q̄ gaudet d
x̄ natiuitate ꝫ
creatis appari-
tione.

faciem eius ibit mors.
Egredietur diabolus ante pedes eius. Stetit
et mensus est terram.
Aspexit et dissolvit gentes: et contriti sunt
montes seculi.
Incurvati sunt colles mundi ab itineribus
eternitatis eius.
Pro iniquitate vidi tentoria ethiopie: tur
babuntur pelles terre madian.
Numquid in fluminibus iratus es domine:
aut in fluminibus furor tuus. vel in mari
indignatio tua.
Qui ascendit super equos tuos: et quadri
ge tue salvatio.
Suscitans suscitabis arcum tuum iuramen
ta tribubus que locutus es.
Fluvios scindes terre: viderunt te et dolue
runt montes: gurges aquarum transiit.
Dedit abyssus vocem suam: altitudo
manus suas levavit.

Sol ⁊ luna steterunt in habitaculo suo
i luce sagittarum tuarum ~~hitabunt~~
ibunt in splendore fulgurantis ha
ste tue.
In fremitu conculcabis t̃ram: in fu
rore obstupefacies gentes.
Egressus es in salutem p̄pli tui: in sa
lutem cum xp̄o tuo.
Percussisti caput de domo impii. denuda
sti fundamentū usq; ad collum.
Maledixisti sceptris eius: capita bellatorum
eius venientibꝫ ut turbo ad dispergendū
me.
Exultatio eorum sicut eius qui devorat
pauperem in abscondito.
Viam fecisti in mari equis tuis: in luto
aquarum multarum.
Audivi ⁊ conturbatus est venter meus
a voce contremuerunt labia mea.
Ingrediatur putredo in ossibus meis.

et subter me scatead.
Et requiescam in die tribulacionis: ut ascendam
ad populum accinctum nostrum.
Ficus enim non florebit: et non erit germen in
vineis.
Mentietur opus olive: et arva non affe
rent cibum.
Abscidetur de ovili pecus: et non erit armen
tum in presepibus.
Ego autem in domino gaudebo: et exul
tabo in deo ihesu deo meo.
Deus dominus fortitudo mea: et ponet
pedes meos quasi cervorum.
Et super excelsa mea deducet me victor
in psalmis canentem.

Canticum moysi lo
quentis ad populum
israel. Deuteronomii
xxxii.



Audite celi que loquor: audi
at terra verba oris mei.
Concrescat ut pluvia doctri
na mea: fluat ut ros eloquium meum.
Quasi ymber super herbam: et quasi stille su

per gramina quia nomen domini i
uocabo.
Date magnificentiam deo nostro dei perfec
ta sunt opera et omnes uie eius iudi
cia.
Deus fidelis est et absque ulla iniquitate
iustus et rectus. peccauerunt ei et non filii
eius in sordibus.
Generatio praua atque peruersa. heccine red
dis domino popule stulte et insipiens.
Numquid non ipse est pater tuus. qui pos
sedit te et fecit et creauit te.
Memento dierum antiquorum cogita cogita
tiones singulas.
Interroga patrem tuum et annuntiabit
tibi. maiores tuos et dicent tibi.
Quando diuidebat altissimus gentes.
quando separabat filios adam.
Constituit terminos populorum iuxta nu
merum filiorum israel.

et infideles filii

Pars autem dn̄i ppl's eius iacob fu
niculus hereditatis eius
Inuenit eum in terra deserta: in loco
horroris. ⁊ uaste solitudinis.
Circumduxit eum ⁊ docuit: ⁊ custodiuit
q̄si pupillam oculi sui.
Sicut aquila prouocans ad uolandū
pullos suos: ⁊ sup eos uolitans.
Expandit alas suas: ⁊ assumpsit eos atq;
portauit in humeris suis.
Dn̄s solus dux ei⁹ fuit: ⁊ n̄ erat cū eo deus du
rissimo alien⁹
Constituit eum super excelsam t̄rā: ut
comederet fructus agroꝝ.
Et suggeret mel de petra: oleumq; de sa
xo durissimo.
Butyrum de armento ⁊ lac de ouib; cū
adipe agnorum ⁊ arietum filioꝝ basā.
Et hyrcos cum medulla tritici ⁊ san
guinem uue biberent meracissimum.

Incrassatus est dilectus et recalcitravit.
incrassatus impinguatus dilatatus.
Dereliquit deum factorem suum: et reces
sit a deo salutari suo.
Provocaverunt eum in diis alienis: et in
abhominationibus ad iracundiam con
citaverunt.
Immolaverunt demoniis et non deo: diis quos
ignorabant.
Novi recentesque venerunt quos non coluerunt
patres eorum.
Deum qui te genuit dereliquisti: et oblitus es
domini creatoris tui.
Vidit dominus et ad iracundiam concitatus est:
quia provocaverunt eum filii sui et filie.
Et ait. abscondam faciem meam ab eis:
et considerabo novissima eorum.
Generatio enim perversa est: et infideles filii.
Ipsi me provocaverunt in eo. qui non erat
deus: et irritaverunt in vanitatibus suis. Et

Et ego prouocabo eos in eo qui non est populus: in
stulta gente irritabo illos.
Ignis succensus est in furore meo. ⁊ arde
bit usq; ad inferni nouissima.
Deuorabitq; terram cum germine suo: et
montium fundamenta comburet.
Congregabo super eos mala: ⁊ sagittas
meas complebo in eis.
Consumentur fame. ⁊ deuorabunt eos
aues morsu amarissimo.
Dentes bestiarum immittam in eos:
cum furore trahentium super terram.
atq; serpentium.
Foris uastabit eos gladius. ⁊ intus pa
uor iuuenem simul ac uirginē lac
tantem cum homine sene.
Et dixi ubi nam sunt: cessare faciā ex
hominib; memoriā eorum.
Sed propter iram inimicorum distuli:
ne forte superbirent hostes eorum.

Et dicent manus nostra excelsa: et non dominus fe
cit hec omnia.
Gens absque consilio est: et sine prudentia
utinam saperent: et intelligerent: ac novis
sima providerent.
Quomodo persequebatur unus mille: et duo
fugarent decem milia.
Non enim est deus noster ut dii eorum: et inimici
nostri sunt iudices.
De vinea sodomorum vinea eorum: et de subur
banis gomorre.
Uva eorum uva fellis: et botri amarissimis.
Fel draconum vinum eorum: et venenum
aspidum insanabile.
Nonne hec condita sunt apud me: et sig
nata in thesauris meis.
Mea est ultio. et ego retribuam eis in
tempore ut labatur pes eorum.
Iuxta est dies perditionis: et adesse festi
nant tempora.

Nonne ideo quia
deus suus ven
didit eos: et do
minus con
clusit
illos.

Iudicabit dominus populum suum: et in se
uis suis miserebitur.
Uidebit quia infirmata sit: et clausi man
que defecerunt residuique consumpti
sunt.
Et dicent ubi sunt dii eorum: in quibus
habebant fiduciam.
De quorum uictimis comedebant adi
pes et bibebant uinum libaminum
Surgant et opitulentur uobis: et in nece
ssitate uos protegant.
Uidete quod ego sum solus: et non sit alius deus
preter me.
Ego occidam et ego uiuere faciam per
cutiam et ego sanabo et non est qui de ma
nu mea possit eruere.
Leuabo ad celum manum meam: et dicam
uiuo ego in eternum
Si acuero ut fulgur gladium meum
et arripuerit iudicium manus mea.

Reddam ultionem hostibus meis. et hiis qui
oderunt me retribuam.
Inebriabo sagittas meas sanguine. et gla
dius meus devorabit carnes
De cruore occisorum. et de captivitate nuda
ti inimicorum capitis
Laudate gentes populum eius. quia sanguinem
servorum suorum ulciscetur.
Et vindictam retribuet in hostes eorum et
propicius erit terre populi sui.

Laus trium puerorum quos liberavit dominus de camino ignis ardentis

Benedicite omnia opera domini do
mini ~~dño~~ laudate et superex
altate eum in secula
Benedicite angeli domini domino. benedi
cite celi domino
Benedicite aque omnes que super celos sunt do
mino: benedicite omnes virtutes do
mini domino.
Benedicite sol et luna domino: benedicite stel
le celi domino.

Bn̄dicite ymber: ꝛ ros dn̄o: bn̄dicite o̅
nis sp̄s dei domino.
Benedicite ignis: ꝛ estus dn̄o: bn̄dicite
frigus: ꝛ estas domino.
Bn̄dicite rores ꝛ pruina domino bn̄di
cite gelu: ꝛ frigus dn̄o.
Bn̄dicite glacies ꝛ niues dn̄o: bn̄dicite
noctes ꝛ dies domino.
Bn̄dicite lux ꝛ tenebre domino: bn̄dici
te fulgura ꝛ nubes domino.
Bn̄dicat t̄ra dn̄m: laudet ꝛ sup exaltet
eum in secula.
Bn̄dicite mo̅tes ꝛ colles dn̄o bn̄dicite uni
ūsa germinantia in t̄ra domino.
Bn̄dicite fontes domino bn̄dicite maria
ꝛ flumina domino.
Bn̄dicite cete ꝛ omnia que mouentur
in aquis domino: bn̄dicite om̄s uo
lucres celi domino.
Bn̄dicite om̄s bestie ꝛ pecora domino.

benedicite filii hominum dño

Bñdicat isrl' dnm: laudet et super exaltet eum in scl'a.

Bñdicite sacerdotes dñi dño: bñ. servi domini domino.

Bñdicite spc et anime iustor domino: b. sci et humiles corde domino.

Bñdicite anania azaria misael dño: laudate et super exaltate eum in scl'a

Bñdicamus patrem et filium cum sco spu: laudemus et sup exaltemus eu in scl'a.

Bñdictus es domine in firmamto celi: et laudabilis et gliosus et super exaltatus in secula.

laus angelica



Te deum laudamus: te dnm confitemur.

Te eternum patrem: omnis terra veneratur.

Tibi oms angeli: tibi celi et universe

potestates.
Tibi cherubim et seraphim: incessabili vo
ce proclamant.
Sanctus
Sanctus
Sanctus. dominus deus sabbaoth.
Pleni sunt celi et terra: maiestatis glorie
tue.
Te gloriosus: apostolorum chorus.
Te prophetarum: laudabilis numerus
Te martyrum candidatus: laudat exercitus.
Te per orbem terrarum: sancta confitetur ecclesia.
Patrem immense maiestatis.
Venerandum tuum verum: et unicum filium.
Sanctum quoque paraclitum spiritum
Tu rex glorie christe
Tu patris sempiternus es filius.
Tu ad liberandum suscepturus hominem:
non horruisti virginis uterum.
Tu devicto mortis aculeo: aperuisti creden

abꝫ regna celoꝝ.
Tu ad dexꝉam dei ſedes: in gl'ia patris.
Iudex crederis eē uenturus.
Te g̊ q̄s famulis tuis ſubueni quos p̄cio
ſo ſanguine redemiſti.
Eterna fac cum ſcīs tuis gl'ia munerari.
Saluum fac pp̄l'm tuum domine: ⁊ bn̄
dic hereditati tue.
Et rege eos: ⁊ extolle illos uſq; in etnum.
Per ſingulos dies: benedicimus te.
Et laudabimꝰ nomen tuum in ſeculum
⁊ in ſcl'm ſcl'i.
Dignare dn̄e die iſto: ſin̄ pc̄o nos cuſtodire.
Miſerere nr̄i dn̄e: miſerere nr̄i.
Fiat miſcd'ia tua dn̄e ſup nos: quemad
modum ſꝑauimus in te.
In te dn̄e ſꝑaui: n̄ confundar in etnum



Benedictus dn̄s d̄s iſrl': quia ui
ſitauit: ⁊ fecit redemptionē
plebis ſue.

Canticum zacharie

Et erexit cornu salutis nob: in domo dd
pueri sui.
Sicut loquutus e p os scorz: qui a sclo st
prophetarum eius.
Salutem ex inimicis nris: et de manu om
nium qui oderunt nos.
Ad faciendam misecdiam cum pribz nris:
et memorari testamenti sui sancti.
Iusiurandum qd iurauit ad abraam pa
trem nrm: daturum se nob

Ut sine timore de
manu inimicorum
nostrorum liberati ser
uiamus
illi

In scitate et iusticia coram ipo: omnibus
diebz nris.
Et tu puer propheta altissimi uocabis: pre
ibis enim ante faciem domini parare ui
as eius.
Ad dandam scientiam salutis plebi eius in
remissionem pccorum eorum.
Per uiscera misecdie dei nri: in quibz uisi
tauit nos oriens ex alto
Illuminare hiis qui in tenebris et umb

mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros
in viam pacis.

Canticum v
ginis mar



Magnificat anima mea dominum
Et exultauit spiritus meus: in deo
salutari meo.
Quia respexit humilitatem ancille sue:
ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes
generationes.
Quia fecit michi magna qui potens est: et
sanctum nomen eius.
Et misericordia eius a progenie in progenies: ti
mentibus eum.
Fecit potentiam in brachio suo: dispersit su
perbos mente cordis sui.
Deposuit potentes de sede: et exaltauit humiles
Esurientes impleuit bonis: et diuites dimi
sit inanes
Suscepit israel puerum suum: recordatus
est misericordie sue.
Sicut locutus est ad patres nostros: abraam

& semini eius in secula.

Canticum Simeonis

Nunc dimittis seruum tuum domine: secundum uerbum tuum in pace.

Quia uiderunt oculi mei: salutare tuum

Quod parasti: ante faciem omnium populorum.

Lumen ad reuelationem gentium: et gloriam plebis tue israel.

Canticum attanasii

Quicumque uult saluus esse: ante omnia opus est ut teneat catholicam fidem.

Quam nisi quisque integram inuiolatamque seruauerit: absque dubio in eternum peribit.

Fides autem catholica hec est: ut unum deum in trinitate & trinitatem in unitate ueneremur.

Neque confundentes personas: neque substantiam separantes.

Alia est enim persona patris. alia filii. a

ſpc ſci
Sed patriſ ⁊ filii ⁊ ſpc ſci una eſt diuinitaſ
equal' glia: coeťna maieſtaſ.
Qualiſ pater taliſ filiuſ: taliſ ſpſ ſcſ.
Increatuſ pater increatuſ filiuſ: incre
atuſ ſpc ſcſ.
Immenſuſ pater immenſuſ filiuſ: im
menſuſ ſpc ſcſ.
Eternuſ pater. eťnuſ filiuſ: eťnuſ ſpc ſcſ.
Et tñ ñ treſ eťni: ſed unuſ eťnuſ
Sicut ñ treſ increati. nec treſ immſi: ſ; unuſ
increatuſ. ⁊ unuſ immenſuſ.
Similit' omps pat. omps filiuſ omps
ſpc ſcſ.
Et tñ ñ tres omnipotenteſ: ſ; unꝰ omps.
Ita deuſ pater. deuſ filiuſ. deus ſpc ſcſ.
Et tñ ñ tres dii: ſ; unuſ eſt deꝰ.
Ita dominuſ pater dominuſ filiuſ: do
minuſ ſpc ſcſ.
Et tñ ñ tres dñi: ſ; unuſ eſt dominuſ.

Quia sicut singillatim unamquamque
personam deum ac dominum confiteri
xpiana ueritate compellimur: ita tres deos
aut dominos dicere catholica religione
prohibemur.
Pater a nullo est factus. nec creatus. nec genitus.
Filius a patre solo est: non factus. nec cre
atus, sed genitus.
Spiritus sanctus a patre et filio: non factus nec creatus nec
genitus, sed procedens.
Unus ergo pater non tres patres: unus filius
non tres filii. unus spiritus sanctus non
tres spiritus sancti.
Et in hac trinitate nichil prius aut posterius
nichil maius aut minus: sed tote tres
persone coeterne sibi sunt et coequales.
Ita ut per omnia sicut iam supradictum
est: et unitas in trinitate et trinitas in uni
tate ueneranda sit.
Qui uult ergo saluus esse: ita de trinitate

sentiat.

Sed necessarium est ad et̃nam salutem:
ut incarnationem quoq; domini no
stri ihu xpi fideliter credat.

Est g̊ fides recta ut credamus ⁊ confite
amur: quia dominus nr̃ ihs xps dei
filius deus ⁊ homo est.

Deus est ex subã patris ante sclã genitꝰ:
⁊ homo est ex substantia matris in
seculo natus.

Perfectus deus: pfectus homo ex aia
racionali ⁊ humana carne subsistens.

Equalis patri secdm diuinitatem: minor
patre secdm humanitatem.

Qui licet ds sit ⁊ homo: ñ duo tñ sed
unus est xpc.

Unus autem ñ conuersione diuinitatis
in carnem: s; assumptione huma
nitatis in deum.

Unus omnino ñ confusione subs-

sed unitate persone.

Nam sicut anima racionalis et caro unus est homo: ita deus et homo unus est christus.

Qui passus est pro salute nostra: descendit ad inferos tercia die resurrexit a mortuis.

Ascendit ad celos sedet ad dexteram dei patris omnipotentis inde venturus est iudicare vivos et mortuos.

Ad cuius adventum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis: et reddituri sunt de factis propriis racionem.

Et qui bona egerunt ibunt in vitam eternam: qui vero mala in ignem eternum.

Hec est fides catholica: quam nisi quisque fideliter. firmiterque crediderit salvus esse non poterit.

Kyrieleyson.

Xpe eleyson.

Xpe audi nos.

Pater de celis deus miserere

nob.
Fili redemptor mundi deus.
miserere nob.
Spc sce deus. miserere n.
Sca trinitas unus deus. m.
Sca maria. ora p nobis.
Sca dei genitrix. or
Sca uirgo uirginu. or
Sce michael. or
Sce gabriel. or
Sce raphael. or
Omnes sci angli et archan
geli dei. orate.
Omnes sci beatorum spirituum
ordines. orate.
Sce iohannes baptista. or
Omnes sci patriarche et pro
phete. or
Sce petre. or
Sce paule or

Sce iacobe. or
Sancte mathee or
Sce symon. or
Sce barnaba. or
Omnes sancti apostoli et
euangeliste.
Sce andrea. or
Sce iohs. or
Sce phylippe. or
Sce bartholomee or
Sce thoma. or
Sce iacobe or
Sce thadee. or
Sce mathia. or
Sce luca. or
Sce marce. or
Omnes sci apostoli et euange
liste. or
Omnes sci discipuli dni or
Omnes sci innocentes. or.

Sce stephe. or
Sce laurenti. or
Sce uincenti. or
Sce fabiane. or
Sce sebastiane. or
Sce dionisi cum sociis
tuis. or
Sce clemens. or
Sce oswalde. or
Sce edmunde. or
Sce . edwarde or
Sce syxte. or
Sce corneli. or
Sce cypriane. or
Sce xpofore. or
Sce . geruasi or
Sce prothasi. or
Sce maurici . cu soc . t . or
Sce eustachi . cu . s . t . or
Omnes sci martyres . or

Sce augustine. or
Sce martine or
Sce nicholae or
Sce leonarde or
Sce siluester or
Sce gregori or
Sce ieronime or
Sce benedicte. or
Sce cuthberte. or
Sce germane or
Sce remigi or
Sce uedasti. or
Sce amande. or
Sce dunstane. or
Omnes sci confessores or
Omnes sci monachi & he-
remite. or
Sca maria magdal'. or
Sca maria egyptiaca or
Sca helena. or

Scā lucia. oꝛ
Scā cecilia. oꝛ
Scā margareta. oꝛ
Scā brigida. oꝛ
Scā columba. oꝛ
Scā agnes. oꝛ
Scā fides. oꝛ
Scā spes. oꝛ
Scā caritas. oꝛ
Scā susanna. oꝛ
Scā xpina. oꝛ
Scā katherina. oꝛ
Scā eufemia. oꝛ
Scā fredeswida. oꝛ
Scā etheldrida. oꝛ
Omīs scē uirgines. oꝛ
Omīs sci. ꝛ scē oꝛ
Propitius esto parce oꝛ
nobis dnē.
Ab omni malo libera nos. dnē

Ab insidiis diaboli. l'
A dampnatione ꝑpetua l'
Ab imminentibus pccōrum l'
ꝑiculis. l'
Ab infestationibus de l'
monum. l'
A spū fornicationis. l'
Ab appetitu inanis glorie. l'
Ab immundicia mentis l'
ꝛ corporis. l'
Ab ira ꝛ odio ꝛ omni ma l'
la uoluntate. l'
Ab immundis cogitationibus. l'
A cecitate cordis. l'
A fulgure ꝛ tempestate. l'
A penis inferni. l'
A subitanea ꝛ eterna l'
morte. l'
Per misterium scē in
carnationis tue. l'

Per adventum tuū. l'
Per nativitatē tuam. l'
Per circumcisionē tuā. l'
Per baptīm tuū. l'
Per passionem ⁊ crucem
tuā. l'
Per gl'iosam resurrecti
onem tuam. l'
Per admirabilem ascē
sionem tuam. l'
Per grām sci spc paracliti. l'
In hora mortis succur
re nob dn̄e. l'
In die iudicii libera nos
domine. l'
Peccatores te rogamus
audi nos.
Ut pacē nob dones. R̄
Ut misericordia ⁊ pietas tua
nos custodiat. R̄

Ut domnum apostolicum
⁊ omīs gradus eccl'ie i
scā religione conserva
re digneris. R̄
Ut congregationes om
nium scōꝝ in tuo scō
servitio conservare di
gneris. R̄
Ut cunctum pplm xpi
anum precioso san
guine redemptum co
servare digneris. R̄
Ut omnib; benefactoribus
nrīs sempiterna bona
retribuas. R̄
Ut animas nrās ⁊ paren
tum nrōꝝ ab eterna
dāpnatiōe eripias. R̄
Ut mentes nrās ad ce
lestia desideria erigas. R̄

Ut omnib; fidelib; ui
uis ac defunctis requi
em etnam dones.
Ut nos exaudire dig
neris.
Fili dei.
Agnus dei qui tollis pec
cata mu̅di miserere
nob.
Agn̅ dei qui tollis pc̅ca
mundi parce nob dn̅e.
Agn̅ dei qui tollis pc̅ca
mundi exaudi nos
domine.
Kyrieleyson
Xp̅e eleyson.
Kyrieleyson.
Pater nost.
Ds cui proprii
um est mise
rem semp̅ ɀ parcere. suscipe deprecationem nr̅am ɀ quos delictorum cathena constringit miseratio tue pietatis absoluat. P
Omps sempit̅ne ds qui facis mirabilia magna solus. p̅tende sup famulos tuos. ɀ sup cunctas congregationes illis co̅missas sp̅m gr̅e salutaris. ut in u̅itate tibi complaceant. ros rem tue bn̅dcōnis infunde.
Deus a quo sancta desideria recta consilia et

iusta sunt opa: da seruis
tuis illam quam mun
dus dare non potest pa
cem: ut et corda nostra
mandatis tuis dedita.
et hostium sublata for
midine. tempora sint
tua protectione tran
quilla. Oratio

Ure igne sci sps
renes nostros et
cor nostrum domine.
ut tibi casto corpore ser
uiamus: et mundo
corde placeamus. Oro

Actiones nostras
qs domine aspi
rando preueni
et adiuuando psequere: ut cuncta nostra o
ratio et opatio a te sem
per incipiant. et p te cep
ta finiantur. Oratio

Omnipotens sem
piterne deus qui
uiuorum domi
naris simul et mortu
orum omniumque mise
reris quos tuos fide et
ope futuros esse prenos
cis. te suppliciter exora
mus. ut pro quibus ef
fundere preces decreuimus
quosque uel presens secu
lum adhuc in carne re
tinet. uel futurum iam
exutos corpore suscepit.
intercedentibus omnibus
scis tuis. pietatis tue
clementia. omnium
delictorum suorum ue
niam consequantur. P

Oratio

Da nobis qs dne ut et mundi cursus nobis pacifice tuo ordine dirigatur: et ecclesia tua tranquilla deuotione letetur. Per

Deus uirtutum cuius totum quod est optimum: insere pectoribus nris amorem tui nominis et presta in nobis religionis augmentum ut que sunt bona nutrias ac pietatis studio que sunt nutrita custodias. Per dom

PSALMODIA



